— ΔΗΜΟϹ. Caput iuueni)(ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Tra lit.* *Guſſeme* VI. p. 425.

— ΔΗΜΟϹ. Caput imberl)(ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ, *Philad ſium* Lydiae. *Haym.* Th. Tb. 23. fgg. 7. 8.

— ΙΕΡΟϹ ΔΗΜΟϹ, *Sacer lus.* Caput laurea cinctu ΑΤΤΑΙΤΩΝ. n. Attaeae in gia. *Harduin.* Oper. p. 30. *tin.* Impp. p. 7. — *Al.*)(ΤΑΒΗΝΩΝ. n. Tabarum. *ſeme* VI. p. 272.

b) *Capite imberbi diadema* perigraphe: ΔΗΜΟϹ ΦΙΛΑΔ. Δ ΝΕΩΚ. *Populus Philadelph Neocororum* Lydiae. *Geſne* 83.) *Haym.* Th. Br. II. T fg. 9.) *Patin.* Impp. p. 7.

— ΔΗΜΟϹ ΧΙΩΝ, *Ch* Caput imberbe vitta redimitu *Hunter.* Tb. 18. fg. 3.

— ΙΕΡΟϹ ΔΗΜΟϹ ΑΚΜΟ *Sacer Populus Acmonenſium* *Pembrok.* II. Tb. 2. fg. 12 capite iuuenili diademato.

c) *Galeane an tutulo* tect caput iuuenile non ſatis adp n. Dionyſopolit. Phrygiae, hinc ΔΗΜΟϹ, inde ΔΙΟΝΥϹΟ ΤΩΝ apud *Oderic.* Num. (77.

d) *Nudo* capite iuuenili cu gr. ΔΗΜΟϹ ΚΟΤΙΑΕΩΝ, *P Cotiaenſium.* *Guſſeme* III.

—

— *Nudo* capite iuuenili c. egigr. ΔΗΜΟϹ ΡѠΜΑΙѠΝ, *Populus Romanorum*, vel Romanus, cui perpetua iuuenta florenti optime congruit. *Liebe* Goth. Num. p. 330) Hanthal. Exercit. proem. p. 176.) *Patin*. Num. Impp. p. 91. male de incolis Thraciae, quem vero refellit *Spban*. Pr. I. p. 136.

e) *Barbato* etiam vultu. Sic ΔΗΜΟϹ, capite barbato.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, *Antioch*. Syriae. *Patin*. Impp. p. 8.

— ΔΗΜΟϹ ΕΛΛΗΝΩΝ, *Populus Graecorum*. n. Graeciae. *Gusseme* III. p. 399.

— ΔΗΜΟϹ ϹΑΛΗΝΩΝ. Caput barbatum. n. Salae in Phrygia. M. *Hunter*. Tb. 46. fg. 16.

— ΔΗΜΟϹ. Barbatum caput.)(ΤΙΒΕΡΙΟΠΟΛΙΤΩΝ, *Tiberiopolit*. Phrygiae. M. *Hunt*. Tb. 60. fg. 14.

f) *Barbato et diademato* capite. ΔΗΜΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Populus* Laodicenſium Cariae. *Gusseme* IV. p. 251.

ΔΗΜΟϹ ΔΕΛΦΩΝ, *Populus Delphorum* intra lauream. *Golz*. Gr. Tb. 8. fg. 8.

ΔΗΜΟϹ ΔΙΟϹΙΕΡΕΙΤΩΝ, *Populus Dioſeier*. Ioniae, ſed caput eſt Iouis barb. et laur.

ΔΗΜΟϹ ϹΑΡΔΙΩΝ ΔΗΜΟϹ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Populus Sardianorum*, *Populus Pergamenorum*. Tmolus et Pergamus, heroes tunicati et barbati dextras iungunt. Æ 2. Domitiani. *Vaill*. Gr. p. 24.) *Spanhem*. Pr. I. p. 136. qui vero circum duas figuras viriles, iunctis manibus, ad reſarcitae inter illas Lydiae Ioniaeque vrbes concordiae fidem faciendam, legit: ΔΗΜΟϹ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΗΜΟϹ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Populus Sardianorum*, *Populus Smyrnaeorum*.

ΒΟΥΛΗ ΔΗΜΟϹ ΟΜΟΝΟΙΑ ΝΕΙΚΟΜΕΔΕΙΑ, *Senatus Populus*, *Concordia. Nicomedia*. Figura virilis barbata dextram porrigit genio vel mulieri turritae, ad ſenatus et populi concordiam denotandam. n. M. Aurel. *Vaill*. Gr.

ΕΛΕΥΘ. ΔΗΜΟΥ, Ἐλευθέρου Δήμου, *Liberi Populi*. Mulier ſtans, d. palmam, ſ. haſtam. Æ. max. mod. Neruae, ſed ſine expreſſo nomine loci, in quo ille eſt percuſſus, qui vero de Graecae alicuius ciuitatis populo, cui libertatem Nerua Imp. conceſſit, non vero de Romano explicandus videtur *Vaill*. Pr. II. p. 116.) *Gusseme* II. p. 390. n. 7. ad Cretenſes relatus.

ΔΗΜΟΥ ΓΑΖΑΕΩΝ ΙΕΡΑΣ ΑΣ L. ΙΓ. *Populi Gazenſium*, vrbis *Sacrae Inuiolabilis*, *ao*. 15. vid. *Gaza*.

ΔΗΜΟΥϹ ΤΩΝ ΕΝ ΓΑΖΗΣ . . . Figura ſtans, d. coronam eleuans. Æ. Gazae, M. *Hunter*. Tb. 28. fg. 1.

ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ, *Fratrum Populorum* cum aera Seleucidarum. In Seleucide Syriae regione quatuor vrbes ΑΔΕΛΦΑΙ, *Sorores* erant, *Strabone* teſte, Antiochia ſcilicet, Seleucia, Apamea, et Laodicea. vid. ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ. — *Seleucia* Syriae.

ΔΗΜΟϹΤΡ. Δημοστράτου, *Demoſtrati* magiſtratus nomen. ΕΠΙ ϹΤΡ. ΔΗΜΟϹΤΡ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ ϹΙΠΥΛΟΥ, *Sub Praetore Demoſtrato Heraclide Magnetum Sypili*. Æ max. M. Aurelii. *Vaill*. Gr.

ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟϹ, *Demoſtratus* praetor Smyrnaeorum, in quorum numis: ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ, *Sub Demoſtrato* M. *Hunter*. Tb. 50. n. 27. — *Al*. ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ϹΗΙΟϹ. *ib*. Tb. 51. n. 3. — *Al*. ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ ϹΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Praetore Smyrnaeorum*. n. Domitiani et Domitiae. *Patin*. Impp. p. 167. — *Al*. ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΣΕΜΝΟΥ

ΣΕΜΝΟΥ ΣΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Praetore Venerando Smyrn. Vaill.* Gr. — *Al.* ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΣΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Heraclide Smyrn.* n. Commodi. *Vaill.* ib. vid. *Smyrna.*

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, *Demoſthenes* nomen a) Magiſtratus Mileti Ioniae. — b) Archontis Ancyrae in Phrygia: ЄΠΙ Λ. ΚΛΩ. ΔΗΜΟCΘΕΝΟΥC ΑΡΧ. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ, *Sub Lucio Clodio Demoſthene.* — c) Archontis Byzantii: ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥC ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, *Sub Demoſthene. Æ.* M. Aurel. *Vaill.* Gr.

ΔΗΜΟΦΩΝ, *Demophon* nomen a) Praetoris Pergami Myſiae: ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΔΗΜΟΦΩΝ, *Auguſtum Demophon* ſubaud. colit. *Æ* 3. Auguſti. *Vaill.* Gr. p. 4. — b) Magiſtratus Sardium Lydiae: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΗΜΟΦΩΝ ΘΗΒΑΔΟ. M. *Hunter.* Tb. 47. n. 15.

ΔΗΜΤΡ. Δημητρίε, *Demetrii*, litteris monogrammate iunctis inter clipeos Macedonios. n. Demetrii II. regis Macedoniae.

ΔΗΝΟΔΟΤ. magiſtratus nomen Apameae Phrygiae. M. *Hunter.* p. 34.

ΔΗΝΟΚΡΑΤΗΣ, *Denocrates* ſcribae nomen. ΕΠ. ΓΡ. ΑΥΡ. ΔΗΝΟΚΡΑΤΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Scriba Aurelio Denocrate, Magnetum. Æ* 1. Gordiani Pii. *Vaill.* Gr.

ΔΙ. Διαδυμενιανός. ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC. *Diadumenianus.*

ΔΙ. Διὸς in n. Ancyrae Galatiae ΑΝ. ΔΙ. ΚΥΡ. Σ. quas litteras in n. Neruae ab Ancyranis *Harduin.* Oper. p. 746. interpretatur: Ἀγκυρανοὶ Διὸς Κυρίε Σεράπιδος, *Ancyrani Iouis Domini Serapidis* ſubaud. templum poſuerunt. Conf. *Bimard.* ad *Iob.* II. p. 174. 175.

ΔΙ. Διοσπολιτῶν, *Dioſpolitarum* Aegypti forte, vt cenſet *Vaill.* Hiſtor. Ptolemaeor. p. 145. ad n. Ptolemaei Auletis, vbi intra aquilae ſtantis crura.

ΔΙ. Διοφάνης forte in n. Calenorum ſub minotauro *Golz.* Sicil. Tb. 19. n. 6.

ΔΙ. nota *anni.* 14. in area n. Antiochiae Syriae, aliarumque vrbium et Rhodi inſulae; *it.* in area n. Antiochi III. et IV. Syriae regum; *it.* n. Euagorae, regis Cypri. M. *Pembrok.* II. Tb. 42. n. 2.

ΔΙ nexu litterarum iunctae Δ Ι litterae [134] n. Philippi regis. M. *Pembrok.* II. Tb. 54. n. 5.) *Schlaeger.* de Alex. M. Tb. 2. n. 9.

ΔΙ. modo contractis, modo rectis litteris in n. Lyſimachi regis Thraciae. M. *Pembrok.* II. Tb. 65. n. 7.

ΔΙ. in imo n. Neapolis Campaniae.

— in angulis mon. [5] litterarum ΑΧ iunctarum Achaiae prouinciae. M. *Hunter.* p. 4.

— in area; *al.* in ima parte n. Apameae Syriae. M. *Hunter.* Tb. 5.

— ſub noctua diotae inſiſtente. n. Athenar. M. *Hunt.* Tb. 8. fg. 11.

— in area, modo ſuperne, modo inferne n. Tarenti. M. *Hunt.* Tb. 56.) M. *Pembrok.* II. Tb. 30. n. 1. — ΔΙ. ΝΙ. ΑΝ. in area n. Coryci Ciliciae. *Peller.* Tb. 73. n. 17. — ΚΕ. ΔΙ. per aream n. Aradi inſulae. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 245. n. 11.

DI loco DII ſic in *AV*, Caracallae: DI. PATRII. Hercules et Bacchus ſtantes; ille clauam cum ſpoliis leoninis tenet; hic cantharum cum thyrſo. *Gueſſeme* II. p. 78.) *Morell.* Specim. p. 72.) *Vaill.* Pr. II. p. 243. Hercules et Bacchus DII

Dii Auſpices a Seuero in numis adpellantur, quod eorum auſpiciis et ductu omnia ſuſciperet, quorum etiam in honorem maximum ac munificentiſſimum Romae templum exſtruxit, teſte *Dione* L. LXXVI. *Dii* autem *Patrii* vocantur a Caracalla non ſolum, quod pater Seuerus eos ſumme coleret, ſed et in honorem et memoriam Commodi, cuius frater vt Diui Marci Filius haberi voluit; vel *Patrii* dicuntur *Dii*, qui pietati praeſunt patrum in liberos et liberorum in parentes tanquam familiae et generis praeſides.

ΔΙΑ, *Per* praepoſitio. ΔΙΑ ΒΙΟΥ, *Ad Vitam*. ΕΠΙ ΑΥΡ. ΚΕΛ. ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΤΩΝ ΣΕΒ *Sub Aurelio Celſo Sacerdote. Perpetuo Auguſtorum.* Æ max. Pergamenorum. Perpetua ita expreſſa ſacerdotis dignitas; alii enim magiſtratus, etiam ſacri, ſuis temporibus abdicabantur. — ΔΙΑ ΠΑΝΔΗ. Διὰ Πανδήμου, *Per totius populi praeſidem*, vel vt alii malunt: ΔΙΑ ΠΑΝΔΗΜΟΝ ΣΥΝΝΑΔΕΙΣ, *Iouem totius conuentus Praeſidem Synnadenſes* ſcil. colunt, ob Iouis typum, qui ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. Æ. 3. Neruae. *Vaill.* Graec. p. 26. 294. et Adpend. Tb. 4. — Certum eſt, praepoſitione ΔΙΑ Latinum *Per* ſubſtituendum: at ſingularis haec magiſtratus inſcribendi ratio a nemine accuratius diſcuſſa eſt, quae obſeruatur in numis Attudae Phrygiae Pacatianae, quos vulgauit. *Haym.* Th. Br. II. vbi Tb. 11. n. 2. p. 109. ΔΙΑ ΦΛΑΒΙΑΣ ΙΕΡΙΑΣ, *Per Flauiam Sacerdotem* cum ſigno Dianae Epheſiae; ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ, *Sub Claudiano* cum typo Spei, vertit. An *per Flauiam* illam Epheſiae ſignum; *per Claudianum* Spei ſtatua forſan dedicata; an illud ΔΙΑ vocabuli nobis ignoti initium, quo munus aliquod apud Attudeos deſignabatur; an ΔΙΑ pro ΑΙΑ poſitum?

ΔΙΑ. Διαδουμενιανὸς, *Diadumenianus*. ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙΑ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ΣΕΒ. *al.* Μ ΟΠΕΛ. ΔΙΑ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ, *Caeſar Marcus Opelius Diadumenianus Auguſtus.*

Diadema fuit faſcia alba, tempora ambiens, vt adlatis plurimis auctorum locis *Iuſt. Lipſius* ad Taciti Annal. L. VI. c. 42. probat. Id capitis ornamentum non quadratum, ſed ſinuatum in orbem et rotundum, Homeri aetate vocabatur στεφάνη, ſerius diadema. Priſci reges fere puram in numis geſtant faſciam, ſed etiam album purpureo interdum diſtinguebatur diadema, vt Alexandri apud *Curtium* L. III. c. 3. Quidam vero eruditi confidenter negant diadematis vſum ante Alexandri M. aeuum. Is error, vt ſit, anſam alteri praebuit, vt crederent, Gelonis, Hieronis I, Dionyſii Senioris, Agathoclis, et Hieronis II, Siciliae regum, nummos poſterioribus demum temporibus fuiſſe cuſos, quod regum illorum capita viderent eo ornamento vel diademate reuincta. *Burmann.* ad *Dorvill.* Sic. p. 457. 507.) *Spanhem.* Pr. I. p. 545. Contrarium paucis, ſed eleganter adſeruit *Torremuzza* princeps Sic. Inſcr. Nou. Coll. 54.

Ex ſententia *Iac. de Wilde*, *Spanhemii* aliorumque Alexander M. e Macedoniae regibus primum diadema geſtauit atque in Graeciam introduxit, ex imitatione videlicet Darii, Perſarum regis, quem Alexander ille debellauit. Erroris cauſa videtur, quod inter *diadema Perſicum* et *Macedonicum* diſcernere viri eruditi neglexerint. Huius dudum ante Alexandri tempora in Macedonia obtinuit vſus, et *Spanhemius* ipſe Pr. I. p. 376, vt et *Neumann.* Pop. Num. Tb. 5. fg. 3. Archelai Macedoniae regis caput diadematum profitentur; illius ab aetate demum Perſiae deuictae. Hoc *Diodorus Siculus* Hiſt. L. XVII. et *Curtius* L. VI. c. 14. haud obſcure docent. Prior τὸ Περσικὸν διάδημα, alter "purpureum diadema albo diſtinctum, quale Darius habuerat."

rat," capiti circumdediſſe Alexandrum perhibet. Fuit igitur *Perſicum*, quod Alexander adoptauit, additque *Macedonico*; ac ipſo adeo colore diuerſum a communi, quod candidi erat coloris. — Ab Alexandri dein ſucceſſoribus dein adſumtum diadema docet *Spanhem.* Pr. I. p. 470.

Alba fuiſſe diademata, quibus regum frontes cingebantur, ex Suetonio, Cicerone, Val. Maximo, Luciano, aliiſque probat *Io. Braun.* de veſtitu ſacerd. Ebraeorum L. II. c. 4. p. 509. pariter *Freinſhem.* Comment. in Curt. L. III. c. 3. §. 19.

Diademate ſolo reuincta quandoque Arſacidarum capita in numis, quandoque autem cum addita tiara ſeu cidari, neque tamen diadematis nomine deſignatur cidaris, iuxta *Briſſonium* et *Spanhem.* Pr. I. 450 ſq.

Diademate reuincta in numis dearum quoque capita Iunonis, Veneris, Dianae etc. oſtendit *Cuper.* in Explicatione gemmae Aug. p. 208 ſq. et *Spanh.* Pr. I. p. 545. — Praeter raritatem vero rei diadema a poetis Atreo, Thyeſtae, Quirino tributum eſt. *Spanh.* l. c. Etiam a monetariis et ſtatuariis ſculptum eſt diademate cinctum Romuli caput ad exemplum aliorum tum in Aſia ac Europa regum. Sic in n. Terentiae gentis Quirini caput barbatum et cum diademate obſeruatur.

Diadematis vſum Romani odio regum aliquot ſaeculis ſpreuerunt aut rariſſime eo vſi conſpiciuntur Auguſti. Diademata quidem ſuccurrunt ſubinde Liuiae Auguſti, Antoniae Neronis, Druſillae et aliorum quoque dein Auguſtarum, vt Otaciliae Philippi, et Saloninae Gallieni coniugum in antiquis earum numis capita, cuiuſmodi modi aliquot vulgauit *Triſtanus* et poſt eum alii, ſed quibus dearum Iunonis, Veneris, Cereris aliarumue capita ſub Auguſtarum illarum effigie depinguntur.

Quod vero antea Romanis exoſum erat, peculiare tandem Imperatorum fuit diadema, et quidem gemmis diſtinctum, quod ipſos a Caeſaribus diſtinguebat; Caeſaribus quidem nonnullis id conceſſum, ſed vilius erat Auguſtorum, nec ſemper geſtandum.

Caracalla apud Romanos primus capiti innexuit diadema, vti *Victor* ait. Eum nempe tentaſſe, vt inſigni illo regio ornaretur, conſtare poteſt ex aliquot eius numis, quales ſunt duo Tarſenſium in Cilicia cuſi, illique e maximorum genere, qui hoc ei capitis ornamentum tribuunt. *Spanh.* Pr. II, 388. In vno, a *Triſtano* II. p. 215. edito, Caracalla depictus cernitur cum diademate, ſeu faſcia lata vel candida, cum epigr. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥΗΡΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC et in area Π. Π. In altero autem cum diademate e gemmis contexto, addita perigraphe ſimili: ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥΗΡΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Π. Π.

Non omnes Imperatores poſt Diocletianum gemmato vſi diademate, cum Conſtantii Chlori, Galerii Maximiani, Maximini et Maxentii numi laureato tantum, vel galeato aut ſubinde cum corona radiata, nuſpiam cum diademate gemmato, ſi vnum forte ſub IOVII titulo a *Triſtan.* III. p. 433. vulgatum Galerii numum excipias, exhibeant eorum capita.

De Aureliano quidem *Victor* adfirmat, quod primus apud Romanos diademate vſus fuerit; pariter *Iornandes* de eo: Is inquit, gemmas veſtibus, calceamentiſque inſeruit, *diademataque* in capite. In numo etiam Ducis *Arſchotani* Aurelianus diademate cinctus adparet. Sed proprie loquendo ſub Conſtantino M. demum vſus hic obtinuit. Hoc

tem diadema non prius, vt
erio videtur, adſumſit Con-
s, quam poſt proelium in-
uo Maxentium deuicit, ex-
ſigno crucis. Vanum vero
od *Aur. Victor* de Conſtan-
M. adſerit, eum caput per-
diademate exornaſſe. Nam
Th. Br. II. p. 800. et alii
m collectores proferunt nu-
, in quibus Conſtantini hu-
ut et laureatum, et galea-
radiatum cernitur. Verius
nſtantinum lapidibus pretio-
xtum geſtaſſe diadema, qua-
nos protulit *Spanhem.* ad
Caeſſ. p. 158. et 399. item
Num. II. p. 390.

em vſum diadema geſtandi,
res ipſius, etiam labeſcen-
rio, conſtanter retinuerunt,
inc nec laurea, nec radiata
vſquam fere cernitur. In
itii quidem numo laurea con-
letur, ſed gemmis illa exor-
t atque diſtincta, vt veri in-
dematis haberi debeat.

tantini inde aeuo diadema
et lapillis contextum ſum-
eratorum faſtigii proprium
inſigne, vt coaeui illorum
um auctores et numi nos
Paſſus quoque eſt Conſtan-
M. filios Criſpum, Conſtan-
uniorem, et Conſtantem ad-
eſares, ac dein in partem im-
dſcitos ſimilibus iſtius vti;
et filiae Conſtantinae diade-
ceſſit. — Ex *Harduini* ſen-
per. p. 480. duo tantum dia-
obſeruantur Caeſares.

emata Imperatorum ac Cae-
capita, praeter Caracallae in
ici, Pautaliae ac Tarſi, et
thi, ſunt: Conſtantini M.,
rum Criſpi, Conſtantini Iun.,
ntis; pariter Delmatii, Ve-
is, Magnentii, Conſtantii
Iuliani Apoſtatae, Iouiani,
iniani I., Valentis, Procopii,
ii, Valentiniani II., Theodo-
ſii M., Magni Maximi, Arcadii, Ho-
norii, Conſtantini Tyranni, Ioui-
ni, Priſci Attali, Theodoſii II.,
Ioannis, Plac. Valentiniani, Petronii
Maximi, Marciani, Pulcheriae, Aui-
ti, Lib. Seueri, Antemii, Zenonis,
Iul. Nepotis, Auguſtuli, Anaſtaſii,
Iuſtini I., Iuſtiniani I., Theodeber-
ti, Iuſtini II., Tib. Conſtantini,
Mauritii, Phocae, Heraclii, Micha-
elis, Conſtantini Pogonati etc.

Diademata ſunt capita regum
Aegypti, et reginarum Selenes ac
Cleopatrae vltimae; regum Syriae,
Commagenes, Siciliae, Macedoniae,
Thraciae, Bithyniae, Parthiae, Cap-
padociae, Ponti, Boſpori aliarum-
que regionum.

Diadematum Iouis caput in n.
Corinthi, Cretae, Dioſcuriadis, Gor-
tynae, Meſolae, Philadelphiae Ly-
diae, Smyrnae; *it.* Euagorae regis
Cypri.

— Apollinis. n. Mytilenes et
Pomponiae gentis.

— Bacchi. n. Naxi.

— Neptuni. n. Plautiae g.

— Veſtae. n. Familiae incertae.

— Veneris n. Fam. Aemiliae
ac Tarquitiae.

— Dianae n. Syracuſae.

Diadematum caput virile. n.
Amaſtris, Apameae Syriae, Carmo,
Cnoſſi, Cyzici, Eleuſinis, Heracleae
Siciliae Iaetiae, Lacedaemonis, Lao-
diceae Cariae, Oſſet, Patrarum, Sae-
tabis, Smyrnae, Syracuſae Tanis,
Vrſonis; *it.* Fam. Calpurniae, Co-
poniae, Corneliae, Lolliae, Marciae,
Terentiae; *it.* Iul. Caeſaris.

— caput iuuenile. n. Acmoniae,
Agrigenti, Apolloniae Ioniae, Cy-
pri, Mamerti, Romae, Smyrnae;
 it.

it. Fam. Siciniae, Valeriae, incertarum.

Diadematum caput muliebre. n. Abydi, Agrigenti, Agyrinae, Amphipolis, Antandri, Antiochiae Syriae, Apameae Syriae, Argorum, Bruttii, Calchedonis, Catanae, Centoripae, Corcyrae, Cordubae, Corinthi, Cumarum Lucaniae, Cyrenes, Faliſcorum, Gelae, Himerae, Ilii, Lamiae, Laodiceae Cariae, Locrorum, Macedoniae, Maſſiliae, Metaponti, Neapolis Campaniae, Oluntis, Panormi, Philadelphiae Lydiae, Segeſtae, Syracuſae, Terinae, Theſſalonicae, Turiaſo, Tyndaridis; *it.* Fam. Aeliae, Calpurniae, Flaminiae, Iuniae, Liciniae, Petroniae.

Diadema imponit figura paruulo. n. Aemiliae gentis.

ΔΙΑΔΟΥ. *al.* ΔΙΑΔΟΥΜ. *al.* ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟ. vel integre ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟC, *Diadumenianus*, qui et in Graecis legitur:

ΔΙΑΔΟΥΜΗ vt in Æ 2. Macrini a Marcianopolitanis: Κ. Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΔΙΑΔΟΥΜΗ. *Froelich.* 4. Tent. p. 292. vel

ΔΙΑΔΟΥΜΗΝΙΑΝΟC, ita: Μ. ΟΠΕΛ. ΔΙΑΔΟΥΜΗΝΙΑΝΟC Κ. vel

ΔΙΑΔΟΥΝΕΝΙΑΝΟC ΚΑΙ. *Diadumenianus Caeſar*, N pro M poſito in Æ 3. Cotiaci Phrygiae. *Froelich.* ibid. p. 296.

DIADV. *al.* DIADVM. *al.* DIADVME. *al.* DIADVMEN. *al.* DIADVMENIA. *al.* DIADVMENIAN. *Diadumenianus*, ſiue integre ſcriptum

DIADVMENIANVS. Hicce *Marcus Opelius Diadumenianus*, Macrini et Noniae Celſae filius, cognominatus erat *Diadumenus* ab aui materni nomine, vel quod ex matris vtero prodiens *diadema* quodam tenue veluti pileolum extulerit iuxta *Lampridium*, vnde mathematici ipſum Imperatoris filium et Imperatorem futurum praedixerunt. Macrinus autem Imperator factus, cum moerorem omnium pectora obſediſſe obſeruaſſet, quod *Antoninum* in republica non haberent exiſtimantes, quod ſine eo Romanum imperium eſſet periturum, concionem parari iuſſit, filiumque *Antoninum* adpellauit, productoque *Diadumeni* nomine in *Diadumenianum*, quaſi in Antoninorum familiam adoptatum. Teſtes ſunt praeter Capitolinum numi, in quibus Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC, omiſſo Diadumeniani nomine, legitur. — Poſt Macrinum ſtatim vel vna cum patre adoleſcens formoſiſſimus est obtruncatus ao. aetatis XVI. aut XII. iuxta alios, III. Non. Iun. V. C. 971. Chr. 219. cum ſuperiori anno 970. VI. Id. Apr. imperium vſurpauerit.

Diadumeniani Æ 2. rari, Æ 1 rariſſimi, AR. rari, AV. rariſſimi. Graeci cum vrbis cuiuſdam nomine ex omni modulo inter rariores. In coloniis ex Æ 1. non obſeruantur; ex Æ 2 et 3. qui exſtant, inter praeſtantiores cenſentur a *Vaillantio*.

a) in *Latinis*, legitur cum Caeſaris adhuc tum Auguſti titulo: M. OPELIVS ANTONINVS DIADVMENIANVS CAES. *al.* M. OP. DIADVMENIAN. *al.* M. OPEL. DIADVM. CAES. *al.* M. OPEL. DIADVMENIANVS CAES. — M. O. ANT. DIADVME. — M. OP. ANTONINVS CAES. — M. OPEL. ANTONINVS CAES. — M. OPEL. ANTONINVS DIADV. C. *al.* DIADVMENIANVS CAES. vel CAESAR. *al.* AVG. — M. OPEL. ANT. DIADVM. CAES. *al.* DIADVMEN. CAES. *al.* DIADVMENIAN. CAES. vel CAESAR. — M. OPEL. ANTONIN. DIADVMENIAN. CAES. *al.* DIADVMENIANVS CAES. — M

— M. OPEL. ANTONIVS (*ſic*) IADV. C. n. Deulti. *Froelich.* Adpend II. nouis p. 61. — IMP. CAES. ANTON. DIADVMENIA. — IMP. CAES. ANTON. PIVS DIADVMENIANVS P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. *Mdb.* p. 308. b) in *Graecis* : ΑΥΤ. Κ. Μ. Ο. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — Μ. ΟΠϵΛ. ΔΙΑ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙ. Μ. Ο. ΔΙΑ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ c. vel CEB. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙ. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥΜ. ΑΝΤ. — ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ n. Ilii Troadis. — ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ. n. Epheſi. — ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ Κ. n. Pruſiae ad Hypium. — ΟΠΕ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ n. Cyzici. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ Κ. *al.* Μ. Ο ΠΕΛΙ. etc. Μ. ΟΠΕΛΛΙ etc. — Κ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. n. Aegaearum. — Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. — Μ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ *al.* ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. — Κ. ΟΠϵΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. *al.* cum add. ΚΑΙϹΑΡ. — Μ ΟΠΙΛΛΙΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. n. Adanae. — ΜΑ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ *al.* ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. — Κ. Μ. ΟΠΕ. ΑΝΤΩΝ. — Κ. Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. n. Marcianopolis. *Al.* ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙ. Μ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. — ΚΑΙϹ. Μ. ΟΠϵΛ. ΑΝΤΟΝΙΝΟϹ. — Μ. Ο. ΑΝΤ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ Κ. — Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΥ. ΑΝΤΩΝϵΙ. n. Caeſareae Cappadociae. — Μ. ΟΠΕ. ΑΝΤΩΝΕΙΝ. — Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟ. ΚΑΙϹΑΡ. — Μ. ΟΠϵΛ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜϵΝΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. —' Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ. — Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ Κ. — ΟΠΕΛΛ, ΑΝΤΟΝΕΙ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟ ... *Cimel. Vind.* I. Tb. II. fg. 10. p. 109. — Κ. Μ. ΟΠΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΕΝ. — Κ. Μ. ΟΠΠϵΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ. — Κ. Μ. ΟΠΠϵΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΗ. — ΔΙΑΔΟΥΜϵΝΙΑΝΟϹ (*ſic*) ΚΑΙ. — ΚΑΙϹ. ΑΥΤ. (*ſic*) — ΔΙΩΔΟΥΝϵΝΙΑΝΟϹ (*ſic*) n Ilienſium.

Diadumeniani numi Latini in poſtica parte. vid. FELICITAS IMPERII. — FIDES MILITVM. — LVNA LVCIFERA. — PIETAS AVG. — P. M. TR. P. COS. II. P. P. — PRINC. IVVENTVTIS. — PRINCIPI IVVENTVTIS. — ROMAE FEL. — SPES. — SPES AVGVSTA. — SPES PVBLICA.

Diadumeniani numi extra vrbem ſignati. vid. *Adana* Ciliciae, *Aegae* Ciliciae, *Aelia Capitolina* Iudaeae, *Amiſus* Ponti, *Antiochia* Piſidiae et Syriae, *Apamea* Syriae forte iuxta *Kbell.* Suppl. p. 135. *Apollonia* Epiri, *Arethuſa* Syriae, *Berytus* Phoeniciae, *Biblus* Phoeniciae, *Byzantium* Thraciae, *Caeſarea* Cappadociae et Syriae, *Caſtabala* Ciliciae, *Cibyra* Phrygiae, *Colophon* Ioniae, *Corcyra* inſula, *Cotiaeum* Phrygiae, *Cyzicus* Myſiae, *Deultum* Thraciae, *Edeſſa* Meſopotamiae, *Epheſus* Ioniae, *Flauiopolis* Ciliciae, *Gabala* Syriae, *Heraclea* Ponti, *Ilium* Troadis, *Lacedaemon* Peloponneſi, *Marcianopolis* Moeſiae inferioris, *Neapolis* Samariae, *Nicomedia* Bithyniae, *Nicopolis* Moeſiae inf. ad Iſtrum, *Perga* Pamphyliae, *Pruſa* ad Olympum, *Pruſia* ad Hypium Bithyniae, *Sagalaſſus* Piſidiae, *Samus* inſula, *Side* Pamphyliae, *Sinope* Paphlagoniae, *Theſſalonica* Macedoniae, *Thyatira* Lydiae, *Tyrus* Phoeniciae.

De *Diadumeniani* numis conſulendi ſunt : *Angelon.* p. 218 ſq.) *Hemelar.* N. *Arſchot.* Tb. 37.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 55.) *Beger.* Th. Brand. II. p. 710 ſq.) *Bonarrot.* N. *Carpin.* Tb. 11. fg. 2. p. 228 ſq.) *Cimel. Vindob.* I. p. 14. 63. 102. 108. 109. 133. *it.* Tb. 3. fg. 12. *et* Tb. 21. fgg. 8. 9. 10.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II.) *Erizzo* p. 645.) *Froelich.* 4. Tent. p. 115. 291. 292. 295 ſq. 360. *Eiuſd.* Adpend. II. nouis p. 61. 100.) *Geſner.* Sect. VII.) *Golz.* Theſ. rei numar.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 41. 42.) *Haneltaler.* Exercit. I. p. 51.) *Harduin.* Oper. p. 88.

88. 811. 812. 814 *et* in Addendis.) *Haym*. Theſ. Brit. II. p. 341 ad 342.) *Hulſius* Impp. p. 54. 55.) *Khell*. Suppl. p. 134. 135. *Mdb*. p. 308. 309.) *Muſell*. Impp. Tb. 166. fgg. 6 ad 9. p. 220. *et* Suppl. Tb. 29. fg. 9.) *Oiſel*. Th. Sel. Num. p. 31. Tb. 6. fg. 2.) *Patin*. Impp. p. 325 ſq.) *Pedruſ*. M. *Farneſ*. IV. Tb. 1. p. 5 ſq. V. Tb. 20. fg. 2. p. 278 ſq. VII. Tb. 32. fgg. 7. 8. p. 322. 323.) Muſ. *Pembrok*. III. Tb. 26. fg. 3. Tb. 55. fg. 1.) Muſ. *Piſan*. I. Tb. 46. n. 7. p. 133. Tb. 47. n. 1. p. 134.) *Schulz*. MzCab. II. p. 207. 208.) *Spanhem*. Pr. Num.) Th. R. *Sueciae* Tb. 23.) Muſ. *Theup*. p. 231. 232. 588. 589. 715. 716. 716. 1008. 1009. 1010.) *Triſtan*. II. p. 311.) *Vaill*. Col. II. p. 69 ſq. *it*. Graec. Num. Impp. p. 123 ſq. *it*. Sel. *Camp*. p. 75. *it*. Praeſt. I. p. 134. II. 267. 268. III. p. 169.

Diadumenus, vt vocatur apud nonnullos ſcriptores, in numis *Diadumenianus*. *Woltereck*. El. Num. p. 219.

ΔΙΑΔΥ. idem ac Διαδυμενιανὸς. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠ. CΕΥ. ΜΑΚΡΙΝΟC ΚΑΙC. ΔΙΑΔΥ. n. Macrini et Diadum. Caeſaris.

ΔΙΑΓΟ. abruptum nomen magiſtratus. n. Coiorum.

ΔΙΑΓΟΡΑC magiſtratus Corinthi. *Golz*. Gr. Tb. 13. fg. 4.) *Harduin*. Oper. p. 44.

ΔΙΑΚΡΙΤΟΣ magiſtratus Leucadiorum Acarnaniae.

DIAL. *Dialis*. FLAM. DIAL. *Flamen Dialis*. vid. *Flamen Dialis*.

DIAN. *Diana*. DIAN. EPHES. *Diana Epheſia*. Ipſa polymammia cum fulcris, qualem *Hieronymus* indicat Epiſt. I. ad Epheſ. „Dianam colentes (Epheſii) non venatricem, ſed multimammiam. max. mod. Claudii. *Vaill* Pr p. 54. — *Al*. ſed Dianae E[illegible] ſiae, ſeu πολυμαστῦ effigies in tem tetraſtylo. Æ. max. eiuſdem. *rell*. in Claud. Tb. 4. fg. *Aen*. *Vicus* inter arg. Claud. n. *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 50. fg. 5 298. ſed DIAN. EPHE. ſcriptu *Io. Andr*. *Schmid*. diſſ. templa metrii argentea. Ienae 1695. [illegible]

DIAN. PERG. Diana Perg in Zophoro templi diſtyli, in ſignum huius Dianae, quae dic *Pergaea* ab vrbe Perga in Pamp lia, quod in ea peculiariter eſſ coleretur, cuius iconem vid apud *Patinum* in Theſ. p. 64. Æ max. mod. Traiani. *Guſ* VI. p. 409. n. 52.) *Vaill*. Pr. p. 118. — *it*. Æ. Neruae. *M* 143.

Diana Gr. ΑΡΤΕΜΙΣ, (ea *Luna* in coelo, in inferis *Proſe na*) lunulam capite geſtat, mani arcum et ſagittam, a tergo ph tram; alte ſuccincta, quia *V trix*, cane comite ceruum ſae inſequitur. — *Dianae Epheſia* mulacrum eſt ſine pedibus, cor multimammium, quo vbertas n rae indicatur, manus adminic fulciuntur, vetuſtiſſimorum ar cum inertia. — *Diana Icaria Tauropolia* effingitur in numis lata ac tauro vecta. — *Diana pbria* Patris in arce ſanum habe — *Diana Lucifera*, quae Gra Φωσφόρος, luna in capite, in cu duorum ceruorum, d. habenas taedam pariter ardentem. — *D nae Pergenſis*, ΑΡΤΕΜΙΔΟC Ι ΓΑΙΑΣ, ſymbolum eſt ſeu lapis, vas quoddam fere cylindricum riis coeleſtibus ſignis et figurae ſigne. — *Diana Perſica*, ΙΕΡΣ etiam inſcripta legitur, ſpecie ta. — *Diana Thracica* duas ſtas attinet. — *Diana Vict* dea venatricis habitu, d. ſagitt ſ. arcum, vt in n. Aemilian. Dum *Lunae* vices Diana fungi tai

m bigis, aut ceruorum iun-
tu prouehitur. Lunam bi-
gerit in capite, ad deno-
Dianam et Lunam eſſe eán-
Nam ſi *Macrobio* Saturnal.
9. fides, Ἄρτεμις quaſi ἀερο-
uod ſcilicet aera ſecet; vel
nomen ab Iana, D littera
Iana enim Luna eſt. Ex
s vero ſententia, διὰ τὸ ἀρτε-
nen ducit propter integrita-
id et confirmat *Strabo* L.
uod integros faciat.

illa tantum vocis DIANAE
itas, vel potius ſubobſcu-
dmodum etymon apud anti-
s occurrit ſcriptores, verum
inter recentiores inueniuntur,
ibitanter admodum de eius
loquuntur. Ex DEA et
hanc DIANAE vocem in
coaluiſſe adfirmat *Gerhard. Voſſius* Inſtitut Orator. L.
1. Operum Tom III. p.
t in Ariſtarcho ſuo L. II. c.
per. T. II. p. 68. Primam
eius dictionis ſyllabam modo
i, modo corripi ſibi perſua-
abet *Voſſius*. Idem vero in
uehitur grauiſſime, qui *Dia-*
eam ob cauſam ita dictam
velint, quod per noctem lu-
hominibus alterum paene
faciat, quique patrocinium
ſuae apud *Ciceronem* Natur.
L. II. et qui eum ad vnguem
r, *Iulium Firmicum Mater-*
Lib. de errore profanarum
num, quaeſiuerunt et inue-
rediderunt.

m plane DIANAE etymo-
conſtituere annitus eſt *Bern-*
de Montfaucon in diario Ita-
223 ſq. expreſſis verbis de
rens: „Vox DEANAE (per
Dianam vult intelligere) a
ΔΕΑΙΝΑ confecta eſt et
ſignificat. Circa quod ad-
nectus adnerſarium ſat acer-
, *Franciſcum Ficoronium* in
ationibus ad antiq. Rom.
Ficoronius ſuum rurſus hac
in re expertus eſt antagoniſtam,
Romualdum Riccobaldum in Apolo-
gia diarii Italici, vbi egregie par-
tes *Montfauconii* tueri, et contra
Ficoronii iniuriam vindicare ſtuduit,
exiſtimans, non adeo praegnantem
cauſam atque rationem habuiſſe *Fi-
coronium*, cur ita *Montfauconio*
exprobauerit deriuationem *Deanae*
ἀπὸ ΔΕΑΙΝΗΣ.

Dianae tres a *Cicerone* Nat. Deor.
commemorantur, inter quas notior
eſt Iouis et Latonae filia, quam
vario modo populi venerati ſunt,
diuerſoque modo populi venerati
ſunt, diuerſoque modo eius figu-
ram exhibuerunt; vnde diuerſa il-
lius nomina, quae centum et octo
recenſet *Gyraldus*; ab aliis centum
et quinque nominatae ſunt Dianae.
— Ob virginitatis amorem fertur
hominum conſortia fugiſſe Diana,
et vt a ſe libidinis pruritum amo-
ueret, venando ſyluas incoluiſſe.
Cum venationi praeeſſe crederetur
ipſi pharetra dorſo adponitur, ſuc-
cincta ſemper cum arcu incedens,
vel gradiens d. telum e pharetra
dorſo impoſita depromit, pone eam
canis venaticus vel ceruus, qui illi
dicatus erat. Atque ipſa Diana
Ἄρτεμις Ἐλαφία apud *Strabonem* L.
VIII. adpellatur, a nomine Ἔλαφος,
Ceruus. Vnde Λαφρία Diana, a
Patrenſibus culta, nomen traxerit,
de qua *Pauſanias* in Achaicis. *Pin-
darus* quoque Dianam compellat
Ἐλαφηβόλον, *Ceruorum Iaculatricem*.
Variis modis in aere veteri Dianae
adſignantur cerui: Iam inter duos
ceruos medium adſtat Dianae Ephe-
ſiae ſignum, iam eius templo pro-
currens ceruus adfingitur; alias ipſa
ceruorum biga, vel quadriga inue-
hitur; alias ſagittis feras illas inſe-
quitur, aut ſtratis inſultat, aut
cerui humi collapſi, cornu prehen-
dit; ipſa etiam cerui ſimulacrum
manu ſuſtinet; et ſi quae ſunt aliae
diverſorum typorum formae. Non-
numquam ſolus ceruus ſignatus Dia-
nam indicat, cuius etiam *Libanius*
in Encomio Dianae meminit: Ἀφε-

σίοις δὲ καὶ τὸ νόμισμα τὴν Ἔλαφον ἔφερεν, Apud Epheſios etiam numiſmata ceruum referunt. Rarior Dianae figura in n. Cadorum, vbi Diana, cuius caput ornat lunula, pharetram a tergo geſtans, ſ. premit cornua cerui, cui inſidet. *Froelich.* 4. Tent. Tb. 1. fg. *a.* p. 446. — Vel aper ſpiculo tranſfixus in memoriam ludorum ſaecularium, in Dianae honorem celebratorum, cui aper dicatur. n. Epheſi; *it.* Fam. Durmiae, Hoſidiae; *it.* Auguſti. — Vel pro arcu taedam, vel duas faces praefert, prout in n. Epheſi, Thyatirae; *it.* Claudiae gentis; *it.* Plotinae, Fauſtinae Iunioris, Lucillae, Criſpinae, Domnae, Plautillae, Gordiani Pii, Valeriani, Gallieni, Saloninae, Poſtumi, Claudii Gothici, Quintilli. — De *Diana* et pluribus eius *cognomentis Spanhemius* in copioſiſſimo ad *Callimachi* hymnos commentario fuſe lateque dixit.

DIANA. Mulier ſedens, ſ. cornucop.)(. . . . CARAVSIVS. Duo capita iugata, vnum radiatum, alterum muliebre Æ. Carauſii. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 29. fg. 13.

Diana Alphaea faſciis inuoluta, veloque circumdata cum tutulo, d. ſubmiſſa aliquid incognitum, ſ. ſecurim, pro pedibus ceruus. Æ 1. Anemurii in Alex. Seu.

Diana Ἄναιτις, *habitatione carens* iuxta *Froelich.* 4. Tent. p. 258. vid. *Anaitis.*

Diana Aſturina, vel *Aſtyrena* in Antandriorum numo Æ 2. de quo *Oderic.* Num. Gr. p. 102. Cur ſculpta ſit, docet *Strabo* L. XIII. „Myſiae propinquum pagum Aſtyra dicunt, olim oppidum, in cuius luco templum Aſtyrenae Dianae eſt, cui Antandrii religioſe praeſunt. vid. *Aſturina.*

DIANA AVGVSTA. S. C. Diana cum cane. Æ. Domitiani. *Mdb.* p. ſ 132.) *Patin.* Ind. p.
ΑΡΤεμις ΣΕΒΑστη, *Diana A*
Caput Liuiae.)(*Sine*
Ceruus ſtans. n. Liuiae.
Sel. Num. p. 53. ed. recen
Morell. Impp. in Liuia Tb.
40. 41.

Diana biceps forſan no
numis familiae Pompeiae.
reck. El. Num. p. 12.

Diana bicornis cum luna c
te in capite. Diana enim e
eadem eſt habita.

Diana Boretena, vt cc
Haymius nomine a Borea ve
riuato, quo cognomine, vt
diſtingueretur, ſacra huius
inducta fuerint forſan Thya
Lydia. Id Boretenae Dian
gnomen legitur. ΒΟΡΕΙΤΗΝ
put Dianae crinibus nodo
poſt humerum pharetra prom
)(Aquila fulmini inſiſten
aſtro inter pedes, in ambitu
ΤΩΙ . . . *Thyatirenorum.* Æ.
Th. Br. II. Tb. 14. fg. 3.
ſq.) *Harduin.* Oper. p.
Holſten. Not. in *Stephan.* p

Diana Claria, Gr. ΑΡΤΕΜΙ
ΡΙΑ frequentius in numis h
Celebre fuit apud Colopl
Ionia in Aſia minori populc
num *Apollinis Clarii*, a q
longe fluuius Haleſus adflu
narrat *Plinius* L. V. 31. v.
Clarius. — Eodem cogn
culta apud Colophonios Dia
ria, quae ab ipſis, vti ab E
ſpecie ſedentis colebatur, et
ſeruat *Patin.* p. 165. fort
locorum vicinia praeſtabant.

Diana Colophonia a Colo
culta. vid. ΑΡΤΕΜΙC ΚΟΛΟΦΩ
Æ 2. Domitiani cum Diana
mammiae typo ſolito adm
nimirum et ceruis.

Diana Conſeruatrix Sy
nomine ΣΩΤΕΙΡΑΣ fide veter

:ulta, aqud *Parutam* alioſ-
Gallienus, vti ceteris diis,
n Dianae conſeruationem
ımis commendat. vid. DIA-
ƆNS. AVG.

A. COS. (loco CONS.)
Ceruus ſtans, in imo E.
P. GALLIENVS AVG.
ſallieni radiatum. Æ. Gal-
uſ. *Theup*. p. 260.

IA EPHE. Diana poly-
Æ. Claudii. *Mdb*. p.
Al. ſed Dianae huius ſta-
:mplo tetraſtylo. Æ. Clau-
n. *Arſchot*. Tb. 19. n. 22.)
2.) *Mdb*. p. 81.

:PHESIA. Diana multi-
ſtans a fronte, vtraque
:xtenſa innixa fulcris, ſeu
. Æ. tetrachmalis Rrr.
Mdb. p. 84.) *Morell*. in
Tb. 4. fg. 23) *Pedruſ*.
'arneſ. II. Tb. 14. fg. 2.)
Pr. II. p. 55. — *Al*. ſed
n Dianae tetraſtylum, in
ıditu illius ſimulacrum, vt
ıiſitur. Æ. max. mod. Clau-
ill. ib. p. 54.

— Eadem Diana ſt. cum
:ulis. Æ max. mod. Veſpa-
Juſſeme VI.) *Vaill*. Pr. II.

— Diana polymaſte inter
ruos. Æ max. mod. Hadriani.
Vindob. I. p. 45.) *Kbell*.
p. 68. — Eadem cum epi-
et deae eiuſdem ſigno pro-
'aill. Pr. II. p. 141. Hadria-
max. numum, ſed intra tem-
quatuor columnarum, qui
Mdb. p. 183 vulgatus erat,
Cim. *Vind*. I. p. 44. vt et
belii Catalogo repetitus eſt.

— vid. ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ
ΕΣΙΩΝ. Conf. *Claud*. *Me-*
ſex tabulae numiſmatum ad
nem *Dianae Epheſiae* ſpe-
m. Romae 1657. fol. addi-
to dein hoc commentario ſymboli-
ca Dianae Epheſiae ſtatua a *Clau-
dio Menetreio* expoſita; acceſſit *L.
Holſtenii* epiſtola de verubus *Dia-
nae* ſimulacro adpoſitis, nec non
I. P. Bellorii notae in numiſmata
apibus inſignita. Romae 1690. fol.

Dianae Epheſiae typum, haud
vana *Patini* Num. Impp. p. 19. et
Oiſelii Th. Sel. Num. p. 299. con-
iectura eſt, ab Aegyptiis ductum
videri, quorum fuit ſub ſchemati-
bus naturas ipſas exhibere, adeo-
que ſimulacrum iſtud ad Iſidis exem-
plum expreſſum; nam et Iſis mul-
timammia fingebatur. Teſtis locu-
ples *Macrobius* L. I. Saturnal. c.
20. vbi ſcribit: „*Iſis* iuncta reli-
gione (cum Scrapide, hoc eſt, So-
le) celebratur, quae eſt vel terra,
vel natura rerum ſubiacens Soli.
Hinc eſt, quod continuatis vberi-
bus corpus deae omnè denſetur etc.
Sic et *calathus* Dianae Epheſiae ca-
piti impoſitus apud *Oiſel*. Tb. 47.
fg. 2. eodem pertinet, cum Iſis
etiam nonnumquam eiuſmodi inſigne
ferat. Vtrobique abundantiae et
felicitatis ſymbolum; nam ad Iſi-
dem quoque Aegyptii Nili incre-
mentum, quo Aegyptus fecunda-
retur, referebant, eiuſque hoc be-
neficium eſſe putabant. *Velum* de-
nique circa caput Dianae Epheſiae
deitatem denotat atque aeternita-
tem.

Dianae huius *Epheſiae* ſimulacra
ſaepiſſime in Epheſinis, apud *Vaill*,
Gr. p. 23. 28. 37. 51. 69. 143.
164. 170. 180. modo polymammiae
forma, modo Venatricis habitu re-
praeſentantur, vtroque enim modo
illa in hac vrbe exhibetur apud
Pauſaniam pariter ac in numis. —
Dianae Epheſiae cultus in plurimas
Aſiae minoris vrbes ab Epheſo ſeu
propter ſacrorum communionem,
ſeu propter deae claritatem tranſ-
miſſus eſt. Plurimi illarum numi,
in quibus deae effigies depicta cer-
nitur, teſtes eius rei ſunt locuple-
tes. Conſpicua ſunt huius ſimula-
cra

cra in aere Abydi,
gaearum Ciliciae, Ala
ſtris, Ancyrae Phry
dri, Apameae Phrygiae
Bargaſae, Cadorum,
ſuperiorum, Cli, Colo
rinthi, Cymes Aeolid
Dii, Epheſi, Gortynae
lis Phrygiae, Maeoniae,
lis Phrygiae, Mileti, M
donum apud *Oderic.* Nu
17. Nacraſiae, Neapolis
Pergami, Pergae, Phil
Lydiae, Pruſae ad Olymp
mi, Thyatirae, Tiberio
Fam Corneliae; *it.* Impp.
Neronis, Domitiani,
Antonini Pii — in ma
Getae. Æ max. mod. Aph
M. *Piſan.* Tb. 45. n. 2. p
Epheſi, delapſum a Ioue cr
Mazzolen. M. *Piſ.* p. 45.

Diana Epheſia, hinc Sol
Luna. n. Epheſ. in Otacil
Idem fere typus in Æ max.
Stratonic. cum capitibus Se
Domnae aduerſis. *Neumann.*
Num. II. Tb. 2. fg. 3. p. 46.

— — ſtans cum admini
ſupra triremem, coronatur a
ctoria. Æ. Epheſ. et Alexa
nor. in Gordiano Pio.

— — coronatur a Vic
adſtante. n. Epheſ. in Iul. Paul

— — d. taedam, ſ. pini
ctum. n. Pergamen. in Antonino P

— — ad pedes canes duo,
videtur. n. Philadelphiae Lydi
Muſ. *Hunter.* Tb. 43. fg. 16.

— — manibus ceruum diſc
pens. Æ 2. Epheſ. in Sept. Seu.

— — cum ceruo adſtante,
Epheſi; *it.* Maſſaliae Galliae Na
bonenſis. *Spanh.* Pr. I. p. 573.

— — mammoſa cum calath
in capite, expanſis manibus, qua

A FELIX. Diana Venatri- u ſtans, d. venabulo inuer- ur, ſ. arcum tenet, ad pe- venaticus currens. *al.* ceruus aufugiens. *al.* alte gradiens, d. ſagittam e retro religata promit, enet, comitante cane *Æ*. 1. 3. Gallieni. *Band.* I. 189. 214. 232.) *Eck-* Muſ. Caeſ. II. p. 371.) 370. 375.) Muſ. *Theup.* *ill.* Pr. I. p. 186.

ria ſeu *Tauropolia* ve- tauro vecta in numis

PHR. *al.* LAPHRIA, *ria.* Ipſa ſtans, non- m conuerſa, veſtita alte praecincta, ca- circa caput contor- ſagittis a tergo de- per dextrum hume- eminente; brachii curuati manum dex- ori, laeuo extenſo rae fere impoſitum, rumque caligae ve- fere pertinentes) in tis, laeuum parum- uruatum, lapide e , vel ferae capiti, rum. *Vaill.* Num. 42. — Hanc au- m deae imaginem numi iſti, in qui- m, ſiue Limnatis , delineatam vol- uales idem *Vail-* 240. P. II. p. 40. in quibus Dianae entum non adſcri- ditor quidem hac nonnihil fluctua- llos demonſtrare non ex *Laphrio*, dedicarit, cogno- ſed id per ſynco- uod illa ferarum rat, factum eſſe; t, non indicauit. Si certam, quam ſequeretur, habuit auctoritatem, tamen τὸ Λαφρία per ſyncopen ex Λαφήρεια factum, cel. *Martini* in Excurſu de Diana Laphria, qui legitur in eius antiquorum monumentor. ſylloge p. 132 ſq. deriuare mauult ex particula λα, augendi vim habente, et φὴρ, φηρὸς, pro θὴρ *fera*, poni ſolito, vt adeo Λαφρία eſſet ferarum venandarum perquam ſtudioſa. — *Stephanus* in Theſ. Gr. L. vocabulum Λαφρία plane non habet; *Scottus* tandem in Adpendice ad ipſius Theſaurum e ſcholiis ad *Lycophronis* Alexandram adfert locum Tom. II. p. 256, ſed qui lucis fere nihil ſuppeditat: Λαφρία, inquit Mineruae epithetum, quaſi Λαφυρία, quae ſpolia (λάφυρα) in bello capta aufert, et per ſyncopen Λαφρία, *Laphria*. Quod etymon vt veriſimile, quin verum eſſe concedas, et *Dianam* itidem propter λάφυρα ſeu praedam ex ferarum Venatione ablatam Λαφρίαν, quaſi praedatricem vocatam eſſe largiare; cauſam tamen certam et luculentam non continet, cur ſola Aetolorum, et poſthac Patrenſium Diana cognomen habuerit, quod ad Dianam vnamquamque pertinere videtur. *Spanhemius*, qui de Diana, eiuſque cognomentis pluribus commentario ad *Callimachi* hymnos egit, ſilentio prorſus praetermiſit, quod Laphriam, huiuſque cultum et venerationem attinet.

Iam primum omnium τὸ Λαφρία cognomen nonniſi apud *Pauſaniam* in Meſſen. p. 141. reperitur Dianae attributum, qui auctor id ipſe peregrinum et minus vſitatum eſſe pronuntiat. De quo Dianae cognomento ſimulacro et cultu ſingulari ex ſcriptoribus ac monumentis fide dignis legendus eſt *Martini* l. c.

DEANA (*ſic*) LAPHR. Diana venatricis habitu ſtans, ſ. arcum, hinc ad pedes canis, inde ara coronata cum foculo. Æ 2. Patrenſium in Domitiano. *Morell.* in Domit. Tb. 20. fg. 7. p. 476.) Muſ. Theup.

Theup. p. 677. vbi vero inſcriptio variat: DEANAE PATR*enſi.*

DIANA LAPHRIA. C. P. *Colonia Patrenſis.* Diana ſuccincta ſtans, d. lateri, ſ. arcui impoſita, altero pede globum premit. Æ. Neronis. *Morell.* in Nerone Tb. 12. fg. 13. p. 112.) *Vaill.* Col. I. p. 180.

Diana Leucophryne, ΛΕΥΚΟΦΡΥΣ, *habens candida ſupercilia,* parum abludit a ſimulacro Dianae Epheſiae, vt probant numi Magneſiae ad Maeandrum, qua in vrbe praecipuus eius cultus ac illuſtre templum fuit. *Spanhem.* Pr. I. p. 660. de celebritate eiuſdem templi agens, nos edocet, idem aede Epheſiae Dianae concinnitate ac ſtructura praeſtantius fuiſſe. Verum quemadmodum cerui in pecunia Epheſi Dianam Epheſiam plerumque reſpiciunt: ita *Leucophrynen* fere comitantur aut duo volucres, aut duo fluuii procumbentes, cerui numquam, niſi in vno Elagabali numo apud *Vaill.* Gr. Num. p. 128. tametſi nihil vetet, quo minus etiam in eo Dianam Epheſiam exhiberi putemus. Cur enim Magnetes, Epheſiis proximi, praeter ſuam Leucophrynen non etiam coluerint Dianam Epheſiam, populorum omnium numen, vt *Melae* vocatur?

Dianae Leucophrynes. ſimulacrum inſtar Epheſiae polymammae cum duobus verubus et inſcr. ΛΕΥΚΟΦΡΥΣ ΜΑΓΝΗΤΩΝ in n. Magnetum ad Maeandrum ſub Hadriano cuſis. — *Al.* ſed a vertice ad imum velata cum adminiculis. ibid. — ſed cum duabus Victoriis per aera volitantibus in medio duorum fluuiorum barba inſignium. n. M. Aurelii. — ſed hinc et inde Victoria circum Leucophrynes caput volitans. Æ 3. Maximini, *it.* Æ 2. Maximi Caeſaris; *it.* Æ 2. Gordiani Pii. — ſed cum verubus et ceruis pro pedibus columbae, hinc et inde Victoria volitans Æ 3. Elagabali. — ſed in templo ſex columnarum. n. Magnet. ad Maeandr. quos (*Vaill.* Num. Gr.

Diana Leucophryne cum a[...] culis et columbis. Æ 3. Cla[...] in Gallieno. *Vaill.* Gr.) *B*[...] p. 230.

DIANA LVCIF*era.* Dian[...] vtraque manu facem. Æ. et C. Æ 1. 2. Fauſtinae Iun. [...] Cat. II.) *Geſner.* Tb. 113. *et* Tb. 114. n. 25.) *Mbd.* p. *Muſell.* Impp. Tb. 124. fg 175. *et* Tb. 125. fg. 2. p. *Schulz* MzCab. II. p. 148. — Æ. Æ 3. Claudii Gothici. I. 332. 333. 340. 341. 353.) p. 402. 403.) *Muſell.* Impp 229. fg. 5. p. 285.) *Vaill.* p. 206. III. p. 22. — *it.* [...] 3. Quintilli. *Band.* I. p. 35[...] 358. 361.) *Eckhel.* Cat. II p. *Mdb.* p. 304.) *Vaill.* Pr. I. [...]

Diana Lucifera in numis [...] ſtarum paſſim legitur, vbi a[...] liorem liberorum partum inu[...] fuiſſe intelligimus, teſte C[...] Nat. Deor. L. II. in numi[...] Claudii, eiuſque fratris Q[...] Diana Lucifera inuocari vide[...] ſalutarem opem ferat aegris, [...] ſtis praeſertim, quo tempore [...] uictis Gothis peſtis per Ro[...] exercitus propagabatur.

DIANA LVCIFERA int[...] Liuiae Auguſtae. *Mdb.* 53 *voto.* — inter Æ. Plotinae. 165.

— — S. C. Figura mu[...] ſtolata ſtans, vtraquae manu gerens Æ. Lucillae Aelii [...] *Mdb.* 190.

— — Figura muliebris [...]que manu facem praeferens. 2. Fauſtinae Iun. *Angelon* [...] vel 194. n. 38.) *Ruben.* Nu[...] *ſchot* Tb. 49. n. 9.) *Mdb.* p. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 50. fg 297.) *Muſell.* Impp. Tb. 1[...]

176.) *Schulz* MzC. II. p. 148. ſed figura ſtolata, d. victorio- ſ. ſcuto imponens. Æ. Fau- e Iun. *Mdb.* p. 230.

IANA LVCIFERA. Mulier facem vtraque manu AV. AR. Id. S. C. Æ 1. Lucillae L. vxoris *Eckhel.* Cat. II.) *Geſ-* Tb. 119. n. 58.) *Harduin.* . p. 778.) *Mdb.* p. 239.) *Mu* mpp. Tb. 131. fg. 7. p. 182.) lz MzC. II. p. 159. 161.) l. Pr. I. p. 93.

— Idem typus. AR. et add. Æ 1. Criſpinae. *Eckhel.* Cat. *Guſſeme* II. p. 392. n. 6.) *Mdb.* 9.

— Idem typus AR. Domnae. *el.* Cat. II.) *Geſner.* Tb. 137.) *Harduin.* p. 808.) *Mdb.* p.) *Muſell.* Impp. Tb. 154. fg. 207.) Muſ. *Theup.* p. 215.

— ſed d. facem, ſ. icuncu- AR. Domnae. *Mdb.* p. 282.

— S. C. Dea ſtans cum bicorni ad collum, ambabus us facem geſtat. Æ. Domnae. *ll.* Impp. Tb. 155. fg. 6. p.) M. *Theup.* p. 570.

— Figura muliebris in bi- um creſcente luna in capite. R. Domnae. *Harduin.* Oper. 8.) *Vaill.* Pr. II. 236.

— Dea ſtans luna bicorni m peruadente, vtraque manu 1. AR. Seueri. *Eckhel.* Cat. II. t. cum)(ANTONINVS (*ſic*) AVG. Caput Caracal- laur. n. ſubaerat. Caracallae *l Vind.* I. Tb. 12. fg. 4. p. 62. et autem ad Plautillam, vel nam.

— Figura ambabus mani- facem protendit. AR. Plautil- *Eckhel.* Cat. II.) *Mdb.* 298.

— Idem typus AR. Gordia- in gratiam matrimonii cum Tranquillina ſignatus, quam Dianam Luciferam Auguſtarum ſuperiorum exemplo adpellarunt. *Eckhel.* Cat. II.) *Mdb.* 336.) *Muſell.* Impp. Tb. 189. fg. 5. p. 248.) *Vaill.* Pr. II. p. 307.

DIANA LVCIFERA. Idem typus. AR. Valeriani Sen. *Band.* I. p. 106.) *Eckhel.* Cat. II. p. 364.) *Vaill.* Pr. II. p. 344.) *Cim. Vind.* I p. 134. ſed ad aes potius redigitur. Valerianus coluit Dianam, Apollinis ſororem, cui etiam templum vel aedificauit, vel inſtaurauit vt vtriſque numinis auxilio ſaeuiſſimae peſti, qua omnes Romani imperii prouinciae, et ſimul vrbs Roma, adfligebantur, finis imponeretur.

— — Diana ſt. dextra facem accenſam tenet per tranſuerſum. Æ 3. Saloninae. *Band.* I. p. 251.) *Guſ-ſeme* II. p. 358. n. 14.

In numis plurimis *faces* datae *Dianae*, vel quia φωσφόρος, eſt, et δᾳδοῦχος, *Lucifera*, *Noctiluca*; vel quia venationes quaſdam ſub veſperum peractas docet *Oppianus* Cyneg. v. 134. vel quia Cereris filiae et Proſerpinae comes, teſte *Pauſania* in Arcadicis L. VIII. c. 37, et in Phocicis L. X. c. 37. de qua pluribus *Oderic.* Num. Graec. p. 78 et 135 ſqq. vbi numum protulit Thuriorum, in cuius parte auerſa Diana gradiens venatricis habitu, d. facem, ſ. venabulum humero inpoſitum, ad pedes canis de venationum genere.

Eadem praeterea *taedam ardentem tranſuerſam*, quaſi feras agitans, gerit *Diana*, quam aliter *erectam* tenet, cum ſtat quieta, vt in numo Syracuſano apud *Parutam* Sic. Tb. 58. fg. 3. Hinc *taedifera* poetis dicitur dea, et in numis taedam hanc gerens LVCIFERA. Conf. *Heinſius* ad *Ouid.* Epiſt. XX. 192.) *Beger.* Th. Br. III. p. 229.

Vtraque manu taedam accenſam protendit *Diana* gradiens in n. Apameaè Bithyniae, Corinthi, Epheſi, Nicomediae Bithyniae; it. Valeriani Sen. v. FELICIT. SAECVLI.

— — et poſt humeros luna bicornis. n. Hadrianopolis Thraciae, Thyatirae.

— — cum creſcente luna in capite. ante deam ceruus. n. Epheſ. in Fauſt. Iun., et Otacilia.

— — ad humeros pharetra, ad pedes canis. Æ. et Æ Mamertinorum. Meſſeniorum *Lancellotti* Aggiunta alla Sicilia Num. Tb. 2. fg. 2.

— — pone dorſum arcus, pro pedibus ceruus. n. Epheſ. in Annia Fauſtina. — *al.* canis currens. n. Epheſ.

— — arcu et pharetra prominentibus a tergo, ſingulis manibus facem tenet ardentem. n. ſubaeratus vitioſus Claudiae gentis. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 202.

Diana cum face. Æ max. mod. Mytilenaeor. in Hadriano. Muſ. *Piſan.* Tb. 10. n. 3. p. 29.

— d. facem, ſ. arcum. n. Epheſi, Nicomediae.

— et ad dorſum pharetra. n. Epheſi.

— ad pedes adeſt canis. n. Epheſi apud *Vaill. it.* Siphni apud *Golzium* Inſ.

— pro pedibus ceruus. n. Epheſ.

Diana ſt. ſinuato per caput peplo, d. facem, ſ. equum freno retinet. n. Alexandriae Aegypti.

— capite radiato ſ. facem. Æ 2. Sidetar. et Pergenſ. in Tranquillina.

Diana d. telum depromit, ſ. arcum, in imo taeda et ceruus. n. Mopſeatarum Ciliciae.

Diana Lucifera vel Fauſtina Senior in deam transformata inſidet equo, vtramque manu taedam ardentem. Æ max. mod. ſine epigr. Antonini Pii. *Vaill.* Pr. I. p. 125.

— — ſed inſidet ceruo, ſ. facem ardentem. Æ max. mod. Fauſtinae Iun. ſine epigr. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 35. — In ſimili legitur AETERNITAS AVGVSTA, quae inſcriptio eius conſecrationem indicare videtur. *Vaill.* Pr. III. p. 141.

— — in bigis citis velo per caput ſinuato, et manibus oblongam facem tenens c. epigr. CONSECRATIO. Æ 1. Paulinae.

— — curru vecta, cui duo cerui iuncti, d. facem. n. Epheſ. — Eadem taedifera, vel Lucina bigas ceruorum agit in numis Aeliae gentis, *Haenthal.* Proem. Tb. 3. fg. 2. p. 86.) *Liebe* Goth. Num. p. 214. vid. Tam. Aelia apud *Morellium*, *Vaillantium*, *Vrſinum*, alioſque.

— — in curru a leone et apro vecta, d. facem, praeeunte Hercule, d. clauam, c. epigr. S. P. Q. R. DIVO TRAIANO PARTHICO. n. Traiani. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 21. fg. 3. p. 97.

— — cum creſcente luna in capite, d. facem in curru a duobus tauris tracto. Æ max. Tarſi in Gordiano Pio.

— — cum creſcente luna in capite ſtat inter Herculem et Bacchum cum attributis. Æ max. Chiorum et Smyrnaeor. in Philippo Sen.

Diana multimammia, quae ex *Macrobio* L. I. Saturn. c. 20. eſt vel terra vel natura rerum ſubiacens

oli; hinc eſt, quod continua-
beribus corpus deae omne
ur, quia terrae vel rerum
:e altu nutritur vniuerſitas.
ic Dianae effigie Paullam et
:hium ita edocet *Hieronymus*
iio in Epiſtolam Pauli ad
ios: "Scribebat Apoſtolus ad
ios Dianam colentes, non
venatricem, quae arcum te-
itque ſuccincta eſt, ſed illam
nammiam, quam Graeci πο-
ν vocant, vt ſcilicet ex ipſa
ie effigie mentirentur, omnium
inimantium eſſe nutricem. —
te eum *Minutius Felix* in
io p. 105. huius deae memi-
verbis ſequentibus: „Diana
ia mammis multis et vberibus
cta. Circa quem locum *Oi-*
hef. Num. Sel. Ant. p. 298.
it, antiquiſſimas editiones ha-
verubus ſeu *veribus* pro *vberi-*
't adeo *Minutius* veram Dia-
multimammiae imaginem ex-
rit, quando dixerit, eam et
is multis et *veribus* exſtructam,
iaculis, quibus vtraque manu
ſa ipſa Diana quaſi innitatur,
idmodum *Virgilio verua* di-
· iacula et mucrones teretes.
:mant hanc lectionem numi,
:bus Diana illa verubus ſuis
infixis vt firmiſſimis funda-
s innititur.

ma illa Polymaſte non per Io-
ſolum, ſed reliquam Aſiam
itur, teſtibus et hiſtoricis, et
Colophoniorum, Magnetum,
politarum, aliis; nemo tamen
mariae peritus in dubium vo-
vmquam, eas monetas, quae
ΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ, ſeu ΕΦΕϹΙΩΝ
ΑΣ inſcriptae ſunt, eiuſdem
officinae alicui adſcribendas
quod inde confirmatur etiam,
vrbes eidem Multimammiae
ae nequaquam patriae ſuae
mandae negligentes erant; ita
is paſſim numos cum Dianae
mo typo, qui titutos praeſe-
ΑΡΤΕΜΙΣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ. —
ΙΑΟΣ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. — ΜΗΤΡΟ-
ΠΟΛΕΙΤΩΝ ΑΡΤΕΜΙΣ. vid. *ſuis locis.*

Diana multimammia cum veru-
bus et ceruis. Æ max. Hierapoli-
tarum Phrygiae. M. *Piſan.* Tb.
60. n. 2. p. 167. Poteſt etiam eſſe
Rhea ſeu Mater Magna, cuius apud
Hierapolim meminit *Plinius* L. II.
c. 93. quaeque apud Phryges in ma-
gno erat cultu, ideoque *dea Phry-
gia* dicebatur; apud aliam vero
Hierapolim quae in Syria erat, *Arta-
ga* aliiſque nominibus vocabatur.
Conf. *Phornut.* de Rhea, quae eadem
eſt ac terra, quaeque, quod animan-
tia et cetera nutricatur et ſuſten-
tat, ideo cum multis mammis et
fulcris fingitur.

— — cum adminiculis et cer-
uis. n. Acraſi Lydiae in Geta;
Amorii, Ancyrae Aſturinae, Colo-
phonis in Domitiano ac Traiano;
Cyzici in Commodo; Gortynae
Cretenſium; Nacraſi in M. Aurelio;
Neapolis Syriae in M. Aurelio;
Pruſiae in Iul. Domna.

— — hinc et inde Victoriae
caput circumuolantes, pro pedibus
columbae n. Magneſiae ad Maean-
drum in Hadriano.

— — velo ornata, deſinens in
Dianae polymammiae formam. n.
Sebaſtes in Criſpina.

— — dextra flagrum, ſ. ſpicas,
pro pedibus hinc et inde leo. n.
Neapolis Syriae.

— — cum verubus in manibus
et flore in capite, alia vero mulier
cum delphino in dextra, et flore
ſeu gemma in ſiniſtra, pone prora
ratis et malleus. Æ max. mod. Ala-
bandenſium. Muſ. *Piſan.* Tb. 39.
n. 1. p. 109. Mulier, quae coram
Diana ſtat, ſignificat Alabandam,
quae Cariae vrbs cum felix eſſet
tum ſolo, tum aliis rebus, Dianam
colebat.

Diana multimammia cum adminiculis, in cuius capite modius, e quo defluunt. n. Aſturineor. Myſiae. Vaill. Adp. Graec. Tb. 6. p. 41.

— — in templo. Æ. max. mod. Epheſiorum. M. *Piſan.* Tb. 36. n. 2. p. 101. — Æ. max. Pertinacis. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 57.

— — in templo figuris duorum ceruorum ornato. Æ. max. mod. Epheſ. in Hadriano. *Cimel. Vind.* I. p. 45.) *Khell.* Suppl. p. 68.) Muſ. *Piſan.* Tb. 10. n. 2. p. 21.

— — inter Caſtorem et Pollucem, equis inſidentes. n. Epheſ.

b) *ex argento.* 3. Caput barbatum et corona quercea ornatum ad d. pone mon. [74])(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Aquila, vnguibus fulmen ſtans ad d. in corona quercea. 75¾ pd. Muſ. *Hunt.* Tb. 26. fg 15.) *Gusſeme* III. p. 155. n. 1 — 4. Caput idem pone mon. [175])(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Typus idem. 72¼ pd. M. *Hunt.* p. 139. n. 2. — 5. *Al.* ſed omiſſo monogrammate. 65¼ pd. M. *Hunt.* ib. n. 3. — 6. Caput idem ad d. iugatum cum capite mulieris tiara ornato, ante mon. [176])(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Fulmen in corona quercea. 44. pd. M. *Hunt.* Tb. 26. fg. 16. *Guſſ.* ib. n. 3. — 7. Eadem capita iugata Iouis laureatum, et Iunonis diadematum, retro monogramma.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Bos cornupeta, intra coronam quernam. primi mod. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 102. n. 1.) *Guſſ.* ib. n. 3.) M. *Theup.* p. 1266. omiſſo monogr. — 8. *Al.* ſed retro ΣΑ. pr. mod. *Eckhel.* ib. n. 2. — 9. Eadem Iouis et Iunonis capita iugata, ſubtus ΚΑΙΤΑΡΧΟΥ.)(Fulmen alatum erectum intra coronam quernam cum populi nomine ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Ꝗ 3. *Golz.* Graec, vet. Tb. 4. fg. et *Nonn.* p. 10) *Harduin.* Oper. p. 55. — 10. Caput Iouis laureatum, ad caput ΛΥΚΙΣΚΟΣ, *Lyciſcus.*)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Aquila fulmini inſiſtens, omnia intra coronam quernam. 75. pd. M. *Pembrok.* II. Tb. 4. fg. 11.) M. *Theup.* p. 1266. — 11. ΛΥΣΗΝ. Caput Iouis corona querna redimitum, infra ΦΟΡ. et monogramma ΑΤ.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Idem aquilae intra coronam quernam typus, ſecundae formae *Eckhel.* ib. n. 3. — 12. Caput idem circum tria monogrammata. eiuſd. formae *ibid.* n. 4. — 13 ad 17. *Alii* ſolis monogrammatis diuerſi. Ꝗ 2. *Eckhel.* ib. n. 5 ad 8.) Muſ. *Pembrok.* II, Tb. 34. fg. 2. pd. 78 gr. — 18. ΛΥΣΗΙ. pone caput Iouis barbati ac laur. ſub capite ... ΤΜΥΚΟΣ.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Aquila in laurea. *Muſell.* Suppl. Tb. 3. fg. 4. — 19. ΛΥΚΟΓΕΝΟΥΣ. Caput Iouis barbatum et corona querna ornatum, retro monogramma.)(Aquila fulmini inſiſtens intra coronam ex quercu, deſuper Α. infra Κ. Ꝗ. 3. *Golz.* Graecia vet. Tb. 4. fg. 3. *Nonn.* Comment. p. 10. — 20. ΜΥΡΤΙΛΟΥ. Caput Iouis, ſub quo litterae ΚΕ nexae.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Aquila fulmini inſiſtens in corona querna. *Beger.* Th. Br. I. p. 463.) Numoph. *Ludovic.* — 21. Caput Iouis.)(ΤΙΜΟΛΕΩΝΤΟΣ. Aquila ſt. intra coronam lauream, infra ΑΠΕΙΡ. Ꝗ 3. *Golz.* Gr. Tb. 4. fg. 4.) *Hard.* p. 55.

c) *ex aere.* 22. Capita Iouis et Iunonis iugata ad d.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Bos cornupeta ad d. in corona quercea. Æ 1. M. *Hunter.* p. 138. n. 5. *Geſner.* Tb. 11. fg. 6. — 23. Caput barbatum et vitta redimitum ad d. pone mon. [177] infra

infra mon. [175])(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Fulmen intra coronam querceam. Æ 2. M. *Hunter*. Tb. 26. fg. 17. — 24. Caput barbatum et laureatum ad ſ.)(Eadem. Æ 3. *Guſſeme* III. p 155.) M. *Hunt*. p. 138. n. 7.) M *Theup*. p. 1267. — 25. Caput Dianae, ante quod monogramma [60] litterarum ΘΕ.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Pilum haſtae intra coronam quernam. Æ 3. *Eckhel* Cat. n. 9. — 26 Caput Dianae ad d. cum arcu et pharetra, pone mon. [74])(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Cuſpis in corona laurea. Æ 3. M. *Hunt*. Tb. 26. fg. 18. — 27. Caput idem. pone *A*V. mon. [49] ante Β.)(*Eadem*. Æ 3. M. *Hunt*. p. 138. n. 9. — 28. Caput idem, pone Α Ε, ante mon. [178])(*Eadem*. Æ 3. M. *Hunt*. ib. n. 10. — 29. ΠΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ. Caput Iunonis ornatum cum auripendentibus, retro Δ et monogramma.)(Meta ſtriata vel Obeliſcus corona ex lauro incluſus, ludorum certaminumque in honorem Apollinis editorum index. Æ. 3. *Golz*. Graec. Tb. 4 fg. 8.) *Harduin*. p. 55. — 30. Caput muliebre laureatum et velatum ad d. pone *A*V. mon. [49] ante ΝΟ.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. Tripus in corona laurea. Æ 3. M. *Hunter*. Tb. 26. fg 19. — 31. Caput fere idem, pone Ε.)(*Eadem*. Æ 3. M. *Hunt*. p. 138. n. 12. — 32. Duo pilei Dioſcurorum imminentibus aſtris, infra litterae dubiae.)(ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ. intra radios aſtri. Æ 3. *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 7. fg. 3. p. 100. — 33. ΑΡΓΕΑΔΗΣ. Caput Iouis laureatum.)(ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ ΙΕΡΕΥΣ. Protome Dianae prominente retro pharetra. Æ 1. craſſiuſculus. *Eckhel*. ib. fg. 4. *et* Cat. 1. p. 102. n. 10.) Muſ. *Hunter*. p. 138 n. 13. Eundem numum edidere *Pellerin*. Rec. T. III. p. 130. et *Kbell*. Apend. II. p. 164. Tb. 3. fg 17. at in vtroque inſcriptio ΑΡΓΕΑΔΗΣ dubia eſt et vterque numum hunc, qui vrbis aut regionis nomen omittit, in incertorum claſſem compegit. Serius *Pellerinius* numum ſimilem nactus, ſed cum aquilae typo, id genus monetam *Epiro* adſcribit Suppl. II. p. 92. quod ſatis videtur veriſimile.

ΕΠΙΣΤΑΤΗΣ, *Epiſtata*, idem ac *Proſtata*, *Praeſes Praefectus*. A Graecis in genere dictus de eo, cui cuiuscunque rei inſpectio aut cuſtodia erat credita. Apud Atticos diuerſa eius vocis erat acceptio. In gymnaſio eundem eſſe cum gymnaſiarcha vel xyſtarcha; in ludis vero aut ſtadio ab argonotheta ſiue athlotheta tam auctoritate quam munere proximum exiſtimat Petr. Faber. L. 2. C. 5. In marmore Ancyrano Gruteri p. 406. Ἀγκύρας ἐπιστάτης vocatur *Ancyrae Praefectus*. — Ἐπιστατῶν, *Praefectorum*, qui ſubinde extra ordinem a Romanis miſſi, ad ordinandas Graecas in Aſia vrbes, mentio occurrit in numis, vt in Germenon Helleſponti numo ſub Seuero, minus accurate ab *Holſtenio* adducto: ΕΘΙΣΤΑΤΟΥ pro ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ. — De *templi praefecto* apud Pergamenos in eorum numis ſumitur Ἐπιστάτης, vt in eiusdem Seueri numo maximi moduli apud *Vaill*. Num. Imp. Gr. p. 86. 314.) *Guſſeme* III. p. 155.) *Spanh*. I. p. 138. ΕΠΙCΤΑΤΟΥ ΤΕΜένει ΑΝΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Praefecto Templi Annii Pergamenorum Bis Neocororum*. — De voce ac munere ΕΠΙCΤΑΤΟΥ pluribus egit. *Spanh*. I. p. 715. et *Galland*. Diction. ſub Ἐπιστάτης.

ΕΠΙ CΤΡ. vel CΤΡΑ. etc. *Sub Praetore*.

ΕΠ. ΙCΤΡΩ, Ἐπ' Ἴστρῳ, *Ad Iſtrum*. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΕΠ ΙCΤΡΩ, *Nicopolitarum Ad Iſtrum*, rara in n. aer. 2. Sept. Seueri inſcriptio apud *Froel*. 4. Tent. p. 238. cum in aliis ΠΡΟC ΙCΤΡΟΝ vel ΠΡΟC ΙCΤΡΩ legatur.

Epitheta, ſiue nomina fluuiorum, vel montium, vel prouinciarum vrbes, quae in numiſmatibus eodem nomi-

compellatae. egregie diſcet-
lluſtre huius rei exemplum
s vrbium ab *Harduino* col-
:otulit *Froelichius* 4. Tent.
Antiochiae nomen, ſcimus,
omplures accepiſſe: eas ita
ɔ ſitu numiſmata curate di-
. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΑΙΑΝΔΡΟϹ,
:norum Maeander. In Ca-
n eſſe hanc Antiochiam,
us Cariae fluuius Maeander
qui in numo eleganti pon-
:ratus, exprimitur. In alio
ΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΕΥΦΡΑΤΗΝ,
:norum Ad Euphratem; et
c Tauri montis pedem Eu-
adluit, ſic etiam habetur
ΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΥΡΟΥ,
:norum, qui Ad Taurum
Commagene. Iterum ΑΝΤΙΟΧ.
ΙΝ, Ἀντιόχεια Πρὸς Σάρον, *An-*
Ad Sarum, Cappadociae vr-
prodit, ad Sarum, Cappa-
lumen, poſitam. Antiochia
Metropolis prae ſe fert ti-
ΤΗϹ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ, aut
ernitur: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ
ΔΑΦΝΗΝ, *Antiochenorum Ad*
n. Daphne enim ſuburbium
imum, vbi fana Apollinis
ae. Edeſſa nota vrbs Sy-
m nominata eſt Antiochia;
:n eius ab aliis: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ
ΡΟϹ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, *Antioche-*
Ad Callirhoën fontem. De-
Antiochia Piſidiae, Plinio te-
it nomen *Caeſareae*. Quo
ine et *coloniae* titulo ac per-
.atina inſcriptione ſe ab aliis
iis diſcernit: COL. CAES.
CH. *Colonia Caeſarea An-*
adiectis litteris S. R. *Se-*
omanus. — Nonnumquam
mulacra montium, vt Ar-
arizim, ſeptem collium Ro-
crocorinthi; aut alia fluuio-
rili forma, cum vrna videas.
mmodi numiſma *Laodiceam*
muliebri habitu effictam ex-
ſedentem in medio duorum
.m, quorum adſcripta nomi-
ΙΟϹ. ΚΑΠΡΟϹ. Sunt hi Phry-
uuii, qui Laodiceam hanc
am ab alio *in Libano* mon-
te, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΕΝ ΤΩ ΛΙΒΑΝΩ,
et ab alia in *Syria* diſtinguit, quae
ſignatur: ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ
ΘΑΛΑΣΣΑΝ, *Laodicenorum qui Ad*
Mare.

ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ, *Procuratoris* digni-
tas. n. Bithyniae in Veſpaſiano.
Haym. Th. Br. II. Tb. 29. n. 9.
p. 248.

ΕΠΙΤΥΔΗΣ magiſtratus nomen. n.
Rhodiorum.

ΕΠΙΦΑ. Ἐπιφανὴς, *Epiphanes* vid.
Antiochus IV. rex Commagenorum.

ΕΠΙΦΑΝ. Idem cognomen. v. Ar-
ſaces XV. Parthiae rex.

Ἐπιφάνεια vel Ἐπιφανία. vid. *Epi-*
phania, cuius nominis plus ceteris
inſignes fuere binae, vna Syriae,
altera Ciliciae.

ΕΠΙΦΑΝΕΩΝ, *Epiphanenſium*.
Golz. Theſ p. 214.) *Hard*. Oper.
p 55. v. *Epiphania* et Ciliciae, et
Coeleſyriae.

ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, *Epiphanis* titulo or-
nati Antiochus IV. VI *al*. VII.
VIII. XI. XII. XIII. *et*. Seleucus
VI. et Philippus Syriae reges alii-
que. vid. *Epiphanes* et *ſuis locis* —
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, *Epiphanis*
Dionyſi nomina in n. Antiochi
XII. Syriae regis. — ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, *Epiphanis Philadel-*
phi denominationes in n. Antiochi
XI et Philippi, Syriae regum ΘΕΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, *Dei Epiphanis*, quem
arrogantem ac ſuperbum titulum in
n. Antiochi IV. regis Syriae inue-
nies.

Epocha. Apud Graecos ἐποχαὶ
interualla dicuntur, quod in illis
ſiſtantur et terminentur menſurae
temporum, vnde rerum geſtarum
notiones. Harum vero epocharum
initia, quibus vſae ſunt vrbes, di-
uerſa fuerunt; alia enim ab vrbe
condita, aut parta libertate, aut
remiſſis tributis, vel ab autonomia
ipſis conceſſa. De epochis eruen-
dis

dis, erutiſque e numis vrbium, praecipue legi merentur *Noriſius* de epochis Syro Macedonum et *Belley* in Supplementis ad *Noriſii* epochas.) *Vaillant.* poſt numiſmata vrbium Graece loquentium.) *Harduin.* de numis populorum et vrbium *et* in Chronologia veretis teſtamenti.) *Spanbem.* Praeſt. I. paſſim.

Catalogum vrbium et populorum, tam liberorum, quam ſub regibus, aut Auguſtis occurrentium, ordine alphabeti Graeci, immixto, vbi opus fuerat Latino, adſcripto *anno* tam *Vrbis Conditae*, quam *Aerae Chriſti*, quo epocha orditur, vulgauit *Eraſm. Froelich.* in diſſertatione compendiaria de vtilitate rei numariae veteris, inſerta 4. Tentam. c. 4. 29 ſqq. qui vero catalogus plenior atque emendatior in *eiuſd.* Notitia Elem. Numiſm. c. 4. de epochis vrbium et populorum, eorum numiſmatibus p 24 ſqq. legitur. Non repetit ſolum epochas, ex *Vaillantio*, *Harduino*, *Noriſio* aliiſue deſumtas ac ſtudioſe inter ſe collatas, ſed adnotauit, vbi controuerſia intercedit, vti et cauſam coeptae aerae paucis indicauit, adiunxitque etiam epochas a ſe detectas primum, de quibus fuſius in adpendicula, actum. Si annus ſit *ante Chriſtum*, notatur ita: A. X. ſi *poſt*, ita: P. X. Quaedam non dum ſatis certa adiecto *forte* vocabulo diſcriminauit.

ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ, *Abonoticbitarum* Paphlagoniae. V. C. 803. P. X. 50.

ΑΔΡΑΜΝΩΝ, *Adramnorum* vel

ΑΔΡΑΝΝΩΝ, *Adrannorum* Coeleſyriae, *forte* 706. A. X. 48.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Hadrianopolitarum* Thraciae, *circa* anum Hadriani imperantis 16. V. C. 885. P. C. 132.

ΑΙΓΕΑΙΩΝ, *Aegeaeorum* Ciliciae; ea vrbs etiam deinde *Macrinopolis*, et *Alexandropolis* vocata eſt, cuius epocha V. C. 707. A. X. 47. *Haym.* Th. Br. II. p. 341. 343.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΤ. ΙΣΣΟ *andrinorum Ad Iſſum* Cilici A. X. 68. Vrbs, et ſinus n *ſus* erat

ΑΜΑΣΙΑΣ, *Amaſiae* Ponti docici, vel *Primae Ponti.* X. 9. *Haym.* ib. p. 308. 3

ΑΜΙΣΟΥ, *Amiſi* Ponti Vrbs ſe liberat a Stratone V. C. 721. A. X. 33. *Khel* p. 72. 75. 82.) *Froelich.* II. nouis p. 88.

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ, *Anazarbi* in Ciliciam veniente Octau guſto 735. A. X. 19. *Ha* 386.) *Noriſ.* diſſ. 4. c. 1. Gr. p 250

ΑΝΘΗΔΟΝΙΩΝ, *Anthedonii* *forte* 72?. A. X. 31.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΙΠΠ *tiochenorum Ad Hippum* Coeleſyriae. Pompeius lil dat 691. A. X. 63. *Hardui* Sel. p. 18.) *Bimard* ad I 225. *Noriſ.* Epoch. Syro diſſ. III. c. 9. §. 5.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΣΑΡΟΝ *chenorum Ad Sarum* amne ciae, vel Cappadociae, v *zarbus* 735. A X. 19. I Oper. p. 19. 617. initium anno 746. A. X. 8. At I Num. Gr. p. 255 ab A V.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, *Antiochenor* riae cum titulis *Metropol* *tonomae, Coloniae.* Quatuo ſis temporibus epochas a primo *Seleucidarum* A. V. A. X. 312. *Spanbem.* Pr. I ſq. Deinde *Pompeianam* X. 63. Porro *Auguſtalem* guſto, et ſub Tiberii initia X. 31. *Bimard.* ad *Iobert* II Denique *Caeſarianam* ſub et reliquis Auguſtis 705. A *Belley* dans Mem. de l' A B. L. Tom. XXX. p. 273

ΑΠΑΜΕΩΝ, *Apamenſium* ſyriae ad Axium fluuium Τ ΤΩ ΑΞΙΩ. *Seleucidarum* ep C. 442 A. X. 312. et A 723. A. X. 31.

ΑΡΑΔΙΩΝ, *Aradiorum* ciae, poſt iugum Regum e

:am autonomiam *circa* A. 94. A. X. 260.
ΙΤΣΑΤΩΝ, *Arethuſatorum* ae *circa* 685. A. X. 69.
ΩΝ. vid. ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΑΙ-

ΩΝΙΤΩΝ, *Aſcalonitarum* ae, vel Phoeniciae. In li- ſe vindicat a Regibus 650. 94.
ΣΤΑΝΩΝ, *Auguſtanorum* 773. P. X. 20. *Vaillantium* 261. qui vult V. C. 771. exit *Maſſon* apud *Haym.* II. p. 324.
ΧΑΙΩΝ, *Achaeorum* reſpubli- eloponneſo conſtabat vrbi- uarum litterae vel mono- te connexae, ſiue initiales s Achaeorum leguntur ſe- : A. *Argiuorum.* Δ. *Dy-* I. ΓΑ. *Pharcorum.* H. *Elio-* *Cleonaeorum.* M. *Megalo-* ΟΡ. *Corinthiorum.* ΜΤϘ. *:orum.* N. *Nauplienſium.* *riorum* Laconicae. Φ. *Phliun-* Conf. *Bayer.* de num. um. V. C. 474. A. X. 280.
ΑΙΩΝ, *Berboeorum* Macedo- m addito: ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕ- , *Commune Maceodonum* ec. X. 63. *Eckbel.* Num. Vet.

ΤΙΩΝ, *Berytiorum* Palaeſti- *ca* 688. A. X. 66. Etiam *Colonia Pia Felix* adpella- *erytus.*
ΡΑ, *Boſtra* Arabiae Petraeae Arabia a Traiano Augu- uiſita 859. P. X. 106.
ΤΗΝΩΝ, *Botrycnorum* Phoe- *irca* 705. A. X. 49.
ΩΝ, *Bybliorum* Phoeniciae. *Byblos* titulo ΙΕΡΑΣ, *Sacrae* X. 20.
ΛΕΩΝ, *Gabalenſium* Syriae. X. 47.
ΝΩΝ, *Gabenorum* Ituraeae niciam. 693. A. X. 61.
ΡΕΩΝ, *Gadarenſium* Syriae, ine ΠΟΜΠΗΙΤΩΝ, *Pompeia-* 691. A. X. 63. *Haym.* Th. p. 294.

ΓΑΖΑ, *Gaza* Palaeſtinae, *circa* 692. A. X. 62. *Haym.* ib. 296. 310.
DACIA, Traiani Auguſti prouincia. Epocha V. C. 1000. P. X. 247.
ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ, *Damaſcenorum* in Decapolitana Syriae. 442. A. X. 312.
ΔΙΗΝΩΝ, *Dienſium* in Decapolitana itidem Syriae. 691. A. X. 63.
ΔΙΟΣΠΟΛΙΣ, *Dioſpolis* Palaeſtinae. Sub Domitiano *circa* 846. P. X. 93.
ΔΩΡΕΩΝ, *Dorenſium* Ciliciae. Cilicia filiis Ariarathae regis Cappadociae conceſſa *circa* 623. A. X. 131.
ΟΛ. ΔΩΡΕΩΝ, *Olbenorum* et *Dorenſium* in n. M. Aurelii Aug.
ΔΩΡΗΝΙΤΩΝ. L. ΡΚΗ. *Dorenitarum Anno* 128. Miles ſtans.)(Caput barbatum. Hic numus et eius epocha ad *Doron Ciliciae*, vt cenſet *Froelichius*, pertinet; aut ad *Doron Phoeniciae*, de qua ſequentia:
ΔΩΡΩΝ, *Doron* in Phoenicia, cum titulis ΙΕΡΑΣ ΑΣΥΛΟΥ ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥΑΡ. *Sacrae*, *Aſylo gaudentis*, *ſuis Legibus vtentis*, *Claſſicae.* Aera Pompeiana 691. A. X. 63.
ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Irenopolitarum* Ciliciae, *circa* 805. P. X. 52.
ΕΜΙΣΩΝ ΚΟΛΩΝ. vel ΕΜΙΣΗΝΩΝ, *Emiſenorum Coloniae* in Phoenicia. Seleucidarum 442. A. X. 312.
ΕΠΙΦΑΝΕΩΝ, *Epiphanenſium* Ciliciae. 791. P. X. 38. — Eſt etiam *Epiphania* Coeleſyriae, cuius epocham *Noriſius* adfigit anno V. C. 690. A. X. 64.
ΖΗΛΙΤΩΝ, *Zelitarum* Ponti Cappadocici. Victo per Iulium Caeſarem Pharnace rege 707. A. X. 47. vel 708. A. X. 46.
ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, *Hierocaeſareenſium* Lydiae, *circa* 779. P. X. 26.
ΙΛΙΕΩΝ, *Ilienſium* Troadis, iuxta *Vaillantium* 673. A. X. 81. ſed ex *Harduini* coniectura V. C. 686. A. X. 68.
ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗΣ, *Caeſareae Germanicae* in Palaeſtina ad mare

[illegible]

[illegible] *Caeſareae* [illegible]

[illegible] *Caeſareae Augustae* [illegible] 235 [illegible]

[illegible], *Caeſareenſium* [illegible] A. X. [illegible]

[illegible], *Caeſareenſium* [illegible] 145. P. X. 93. [illegible] *Hieroſolymae* [illegible] *Caeſarea*.

[illegible], *Caeſareenſium* [illegible] 274 [illegible] A. X. 226.

[illegible], *Cyrr* [illegible] Syriae [illegible] *Cyr rheſticae*. [illegible] A. X. 312.

[illegible] *Iuliaeorum Laodicenſium* Syriae. 7[illegible]6. A. X. 42.

[illegible], *Laodicenſium Ad Libanum* [illegible] 422. A X. 312. et [illegible] *forte* 723. A. X. 31

[illegible], *Laodicenorum*, vel [illegible], *Laodiceae* Cariae ad Phrygiam. [illegible] rege S[illegible]riae Antiocho III. 565 A. X. 189

[illegible], *Leucadiorum*, qui et *Claudienſes* Coeleſyriae. [illegible] ad Gordian[illegible] aerae prioris [illegible] *circa* [illegible]1. P. X. 4[illegible]. Aera poſterius viſitata 723. A. X. 31.

[illegible] *Lydiae Commune*. Sub M. Aurelio [illegible]mus cum anno 686 *circa* [illegible]33. A. X. 521.

[illegible] *Macedoniae Commune* ab anno V C. 7[illegible]6. A. X. 4[illegible].

[illegible], *Mopſeatarum* Ciliciae. Pompeius M. victis piratis [illegible] 696. 58.

[illegible]

[illegible]

[illegible] *Neocaeſareae* [illegible]

[illegible] *Neocaeſare* [illegible]

[illegible]

[illegible], *Pro*[illegible] Ciliciae, [illegible] 686. 68.

PT[illegible]LEMAIS [illegible]

[illegible] A. X. [illegible]

[illegible], [illegible] Syriae. 145. P. X. [illegible]

[illegible], [illegible], vel [illegible] 811 P. X. [illegible]

[illegible], [illegible] Palaeſtinae [illegible] A. X [illegible]

[illegible], [illegible] Syriae. [illegible] A. X. 49

[illegible], [illegible] A. X. 61. vel [illegible] A. X.

[illegible] Meliſpo 885. P. X. 133.

[illegible] *tenorum Metropolis*, [illegible] *niorum* in Commagene, [illegible] P. X. 71.

ΣΕΒΑΣΤΗ ΙΕΡΑ ΑΥΤΟΝ. [illegible] *Sebaſte Sacra*. *ſuis Legibus* [illegible] *ca*; antea *Elaeuſa*, Ciliciae [illegible] A. X. 20.

ΣΕΒ[illegible]ΣΤΗΝΩΝ ΣΥΡΙΑΣ, *Se*[illegible] *rum Syriae*, olim *Samaria*, [illegible] norem Auguſti *Sebaſte* dicta 728. A. X. 26.

ΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑΣ, Seleucen-
Pieria Syriae. Triplice
t vſi: *Prima Auguſtuli*, ſub
723. A. X. 31. Altera
:rio *Pompeiana* 691. A. X.
:tiam, ſed antiquiſſimam,
priſius a pace inter Antio-
II et IX. reges Syriae 645.
19. — Probabiliter ad *Se-*
ianc ſpectant numi: ΑΔΕΛ-
ΩΝ, *Fratrum Populorum*,
cripta aera Seleucidarum,
:ipit 442. A. X. 312.
ΙΩΝ, *Sidoniorum* Phoeni-
. A. X. 111. Olim aera
rum vſi, et iterum ſub
o 442. A. X. 312.
PE COL. A. I. F. *Colo-*
uſta Iulia Felix Sinope
Duabus epochis vſa fuit:
, licet recentioris initii, a
leſare vſque ad Seuerum
um Aug. adhibuit, quam
Diadumeniani Caeſaris cer-
iſſe putat *Froelichius*, Ad-
ad num. Coloniar. p 49
e ab V. C. 709. A. C. 45.
aera ſub Alexandro Seue-
ata, anterius initium ſup-
io a Lucullo libertate olim
uerat 684. A. X. 70. Ita
ſub imperio Alex. Seueri
am reſumtam ſtatuit.
ΩΝ *Scepſiorum* in Aeolide.
guſtuli 727 A. X. 31.
ΩΝ, *Smaitarum* Ponti Aſia-
te 817. P. X. 64.
ΕΩΝ ΚΛ ... ΩΝ, vel ΤΙ-
ΑΑΤΑΙΕΩΝ, *Tiberienſium*
iorum in Galilaea. 770. P.

ΙΑΝΩΝ, *Trallianorum* Ca-
e vel *circa* 898. P. X. 145.
ΖΟΥΝΤΙΩΝ, *Trapezuntio-*
ti Cappadocici, *circa* 815.
2.
ΟΛΕΙΤΩΝ, *Tripolitarum*
ae, triplice initio aerae;
aera *Pompeiana* vſi ſunt ab
X. 63. Secundo aera *Se-*
im ſub Auguſto etc. 442.
12. Tertio, ſi *Harduinum*
, aeram *Caeſarianam* adhi-
cilicet 705. A. X 49.
Lex. Num. T. II.

Troadenſium, ſeu ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ
Π. ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΝ, *Alexandrinorum Ad Scamandrum*. Epocha eorum eſt *incerta*.

ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, *Tyri Sacrae*, *Metropolis* Phoeniciae. Antequam *Colonia* fieret *Tyrus*, vſa eſt aera *Seleucidarum* 442. A. X. 312. Ob *Autonomiam* vero obtentam etiam adhibuit aliam aeram, nimirum 628. A. X. 126. *Belley* dans Mem. de l'Acad. des B. L. Tom. XXI. p. 442

VIM *Viminacium*, vel vi legitur: P. M. S. COL. VIM *Prouinciae Moeſiae Superioris Colonia Viminacium*, aeram inchoat propriam ab anno tertio Gordiani Pii, a Calendis Ianuarii, aut ab autumno praecedente 993. P. X. 240.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΟΙΛΗΣ ΣΥΡΙΑΣ, *Philadelphenſium Coeleſyriae*. 691. A. X. 63

ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Flauiopolitarum* Ciliciae a Veſpaſiano 827. P. X. 74. *Haym.* Th. Br. II. p. 340.

ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ ΦΛΑΟΥΙΕΩΝ, *Chalcidenſium Flauianorum* in Syriae regione Chalcidene ſub Domitiano initium 845. P X. 92.

Praedictae vrbium epochae conſtabiliri, aut emendari, propiusue, ſi nondum certae ſunt, ad veritatem exigi poſſunt, ſi noui detegantur numi, eorum praecipue Auguſtorum, qui vno dumtaxat alterove circiter imperarunt anno, quorum chronologiam accuratam habemus apud *Tillemontium*. vid. *Aera*. — *Annus*.

Epocha Lagidarum, ſiue Ptolemaeorum Aegypti regum aera, cuius ſub Ptolemaeo Philadelpho vſus coepit An. V. C. 433. A. X. 321.

— *Seleucidarum*, Syriae et Aſiae regum, a Seleuco I. Nicatore ducta. 442. A. X. 312. *Bimard.* ad *Iobert*. II. p. 264. ſq. *Noriſ.* p. 67. vid. *Anni Syriae regum*.

Epocha Ponti Aſiatici et Boſpori Cimmerii regum. 457. A. X. 297. iuxta *Harduinum*, vel V. C. 453. vt vult *Cary* Hiſt. des Rois du Boſp. p. 47 ſq.) *Spanh.* Pr. I. p. 483 ſq.

— *Bithyniae* regum, in numis poſtremorum duorum regum Nicomedis II et III. 466. A. X. 288. *Spanh.* Pr. I. p. 515 ſq.) *Morell.* Epiſt. ad *Perizon.* p. 7.) *Haym.* Th. Br. II. p. 55.

— *Arſacidarum* Parthiae regum, quorum epochae initium aut dubium, aut varium ab 498. A. X. 256. *Spanh.* ib. p. 462 ſq.

— *Agrippae* II. Iudaici regis in eius numis initium eſt A. V. C. 814. P. X. 61. *Froelich.* Not. Elem. p. 126.

— *Iudaeorum*, de qua plenius *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 264 ſq.) *Noriſ.* Epoch. Syro Maced. diſſ. II. c. 1. p. 75 ſq.) *Petav.* Doctr. Temp. II. L. X. c. 42. 43.) *Scaliger.* de Emend. Temp. p. 405 ſq.

ΕΠΟΙΕΙ, *Fecit.* Artificis, qui numi iconium elaborarat ſeu ſculpſerat nomen in AR. Cydoniatarum numiſmate, quod in Cimel. Vindobonenſe adſeruatur, vbi ad caput muliebre perelegans, minore ſolito charactere inſcriptum legitur: ΗΡΥΚΑΝΤΟΣ ΕΠΟΙΕΙ, *Herycantus Fecit*, prout cenſet *Froelich.* Not. Elem. p. 38. — Similiter ad Plotarchi opus, quod ex *Maſſeiana* gemmarum collectione P. III. n. 12. depromtum ſculpi curauit *Schlaeger.* Comment. de numo Alexandri M. Tb. I. fg. 7. ſub Cupidine leonem inequitante ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ. ΕΠΟΙΕΙ, *Protarchos Fecit.*

Epora, Hiſpaniae vrbs, elemento P ab *Ebora* Luſitaniae diſtincta, nunc Montori dicta. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 76. — In numis legitur: 1. 2. IPORA vel IIPORA. Caput barbatum.)(Taurus ad aram. *Guſſeme* III. p. 156. n. 1. — 3. Caput virile intra lauream.)(AIPORA. hinc inde piſcis. *Guſſ.* ib. n. 2.

Eppia gens ex equeſtri ordine, teſte enim *Cicerone* Epiſt. ad Atticum L. VIII. ep. 11. recenſita fuit. *Eppius* quaſi *Epius*, vnde quidam ex Graeco Ἔπιος deſumunt, Romanis hanc mutam geminare ſolitis. Deminutiuum Eppiae eſt *Eppuleia*, ſicuti Egnatiae Egnatuleia. Eppuleiam Ampii nominat *Cicero* Epiſt. ad Fam. L. VI. ep. 6. Eppios vero aliquot ex veteribus lapidibus protulit *Vrſinus* et *Fabrettus.* — In numis 1. Caput Iani barbatum et laureatum cum columna, ſeu ara ſublimiori et rotunda intermedia, ex cuius ſummo ſerpens, qui figuram ſpiris amplexus, erumpit.)(EPPIVS. Prora nauis, in imo ROMA. Ante *Morellium* praua et inemendata huius numi Æ. ſiue aſſis pictura fuit, quod ipſe docet *Morell.* Epiſt. ad *Perizon.* p. 171. et *Hauercamp.* ad *Morell.* Th. Fam. p. 163. ad gentem Eppiam n. 2.) *Vaill.* Fam. Eppia. — 2. EPPIVS LEG. Prora nauis.)(MAGNVS PIVS IMP. Caput Iani geminum intermedia columella, per quam forte ſerpens obuoluitur. Æ 1. *Eckhel.* Cat. II. Tb. I. fg. 7.) *Guſſeme* III. p. 156. n. 2. ſed addit in imo ROMA.) *Mdb.* p. 2. M. Eppius Pompeii M. fuit legatus, vel in aliqua nauali expeditione dux Pompeiarum partium.) *Spanhem.* Pr. II. p. 179. — 3. EPPIVS LEG. F. C. *Eppius Legatus* Scipionis in Africa *Fieri* vel potius *Feriendum Curauit.* Hercules nudus ſtans, brachio dextro clauae ſpoliis inſignis innixo.)(Q. METEL. SCIPIO IMP. *Quintus Metellus Scipio Imperator.* Caput Africae exuuiis elephantinis tectum. ſubtus eſt ſpica frumenti cum aratro AR. *Beger.* Th. Br. II. p. 512. fg. 6.) *Bimard.* ad *Iobert.* II p. 137.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II.)

Guſſeme

Guſſeme II. p. 20 et III. p. 156. n. 1.) *Harduin* Oper. p. 688) *Morell.* Fam. Caecilia Tb. 2. fg. 8. et Fam. Eppia p. 163. fg. 1.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 12. fg. 5) M. *Theup.* p. 40.) *Vaill.* Fam. Eppia.

EPPIVS. vid. *Eppia* g.

EPR. *Effigiem Pacis Erexit*, forte.

ΕΠΡ. *Annus* 158. Seleucidarum in n. Demetrii II. et Alexandri II. Syriae regum, pariter ac Tyriorum. *Froelich.* Annal. Syr. p. 89.

ϵΠΡΙ. *it.* ϵΠΡΙΩ. vid. gens *Epria*, quae

Epria gens apud antiquos non memoratur, vnde patet fuiſſe plebeiam et nouam. At in Æ. numo: ΘϵΟΝ CΥΝΚΛΗΤΟΝ, *Deum Senatum* ſcil. colunt.)(Caput Senatus Romani habitu iuuenili.)(ΚΥ. ΑΝΘΥ. ϵΠΡΙΩ ΜΑΡΚϵΛΛΩ Γ. Κύπριοι Ἀνθυπάτῳ etc. *Cyprio Proconſuli Eprio Marcello* Anno *Tertio*, ſubintellige monetam hanc percuſſerunt. Figura muliebris ſtans veſte ſuccincta, d. globum, ſiue pomum tenens, ſ. haſtam. *Beger.* Th. Br. I. p. 409.) *Harduin.* Oper. p. 89.) *Guſſeme* II. p 162. n. I. III. p. 156) *Morell.* Fam. p. 164.) *Spanhem.* Pr. II. p. 589.) *Reinhard.* Geſchichte des Königreichs Cypern P. I. Tb. 3. fg. 5. p. 73.) *Liebe* Goth. Num. p. 38.) *Seguin.* Sel. Num. p. 91. edit. pr.) *Vaill.* Gr. p. 20 et 309 ſed inter Veſpaſiani numos quaſi cum capite Veſpaſiani.

ΕΠΣ. *Annus* 285. Apameae Syriae. M. *Hunt.* p. 36.) *Peller.* Tb. 77. n. 25.) M. *Pembr.* II. Tb. 70. n. 4.

ΕΠϹ. *An.* 285. Arethuſae Syriae, addito epochae 685. initio, incidit in A. V. C. 970.

— *An.* 285. regis Arſacis XV,

ΕΠ. C. ΚΟΜ. Φ. *Sub Praetore Cominio Fabio.* n. Pergamenorum.

ΕΠ. ΤΙΤ. ΑΙΛ. ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ, *Sub Tito Aelio Capitolino.* n. Byzantiorum.

EPV. vel EPVL. *Epulones.* L. CALDVS VII. VIR EPVL. *Septemuir Epulonum.* *Guſſeme* III. p. 156.) *Liebe* Goth Num. p. 26.) *Morell* Fam. p. 101 ſq) M. *Pembrok.* III. Tb. 9. n. 7. vid. *Coelia* gens.

EPXXI. in area et ſubſignatione n. Cari.

EQ. *Equeſtris.* EQ. COH. *Equeſtris Cohortis* — EQ. ORD. *al.* ORDIN. *Equeſtri Ordini.* — LVD. EQ. *Ludi equeſtres.*

EQ. *Equitum.* EQ. M. *al.* MAG. EQ. *Magiſter Equitum.*

ΕϘΡ. *Annus* Seleucidarum 195. ϵΤ. *al.* ϵΤΟ. ϘΡ. *An.* 195. Antiochiae Syriae.

ΕϘΣ. *An.* 295. Seleuc. in n. Apameae Syriae. M. *Hunter.* p. 35.

Equa obſeruatur in n. Sacili Hiſpaniae Baeticae; *it.* Audoleontis Paeoniae regis.

Eques, ſiue figura virilis in equo. Hoc habitu in numis non raro vrbium conditores, aut reges, aut heroes proponuntur. Sic Diomedes Canuſii Apuliae conditor et rex in equo currente, d. haſtam. n. Canuſii.

Eques in denario M. Tullii Deculae ad denotandum cenſum, quem primus rex Tullius inuenit. Poſt autem exactos reges cenſores facti ſunt, et equites citabantur nominatim a praecone in ſua quiſque tribu, vocatuſque equum publicum traducebat, vt in Tullii denario demonſtratur, cenſoribus oſtendens;

Z 2 Eques

Eques nimirum Romanus ſtans, capiſtro equum tenet, quem traducit, laeua haſtam, in imo clipeus, in cenſurae memoriam. Cenſorum enim officium inter alia erat, equiti adimere equum et annulum, ſi quid in eius vita deprehenderent honeſtati contrarium. Etiam equites ante cenſores tranſmittebant equos, et ſi quis equum habere gracilentum aut paruum nitidum viſus erat, impolitiae vel incuriae notabatur.

Eques in numis. vid. Achaia, Acherontia, Alabanda, Amaſtris, Ameſtra, Antiochia Cariae, Aſpendus, Atinum, Biate Bilbilis, Bizya, Caeſarea Palaeſtinae, Cariſia, Carthago Africae, Celſa, Celtiberi Hiſpaniae, Clunia, Corinthus, Cranum, Cumae Aeolidis, Cyrene, Dardanus, Drepanum, Eburo, Gela, Gothici numi, Heraclea Lucaniae, Hiſpania, Ilerda, Ilipla, Ilium, Iſtrus, Ituci, Ladino, Laelia, Laſtigi, Leontinum, Magneſia ad Maeandrum et ad Sipylum, Myrina, Neapolis Campaniae, Nicaea, Nuceria, Obulco, Olus, Oſca, Philippopolis Thraciae, Rheſaena, Saguntum, Santones Galliae, Sardes, Segobriga, Segouia, Seleucia Ciliciae, Sinope, Sueſſa, Syracuſa, Tarentum, Termeſſus, Theſſalonica, Toledo, Topirus, Troas, Turiaſo, *it.* Fam. Aemilia, Afrania, Calpurnia, Cornelia, Crepuſia, Fonteia, Licinia, Manlia, Marcia, Poſtumia, Quinctia, Sepullia, Sergia, Seruilia, Vinicia; *it.* Reges Macedonum: Philippus I. II., Alexander M. Caſſander, Philippus Aridaeus, Archelaus; *it.* Seleucus I. Syriae, Antigonus Aſiae, Abgarus Edeſſae. Hiero I. Siciliae, Palaeus rex incognitus, heros, Domnus rex Alpium, Ambiorix et Durnacus Galliae Belgicae; *it.* Gothorum reges; Patraeus heros; *it. Impp.* Iulius Caeſar, Auguſtus, Lepidus, Galba, Domitianus, Hadrianus, Antoninus, Pertinax in n. Titianae vxoris apud *Froelich.* 4. Tent. p. 231. C la, Geta, Gordianus Pius, P Decius, Criſpus, Conſtans ſtantius Iunior, Saturninus nus, Iulianus Apoſtata, C tius Gallus.

Eques in Æ. Aetoliae pro apud *Dutens* explicat. Tb. 1

— armatus, cetera nudu riis modis effigiatus et cum ſteribus variis, frequens occ numis Hiſpanicis etc. *It.* in tinis numis *Phalantus* eſſe cr quo duce Lacones Tarentum niam duxerunt.

— lento greſſu. n. An Galliae Lugdunenſis.

— coronatus inſidet eq curſum incitato. n. Philipp reg.

— currens, d. haſtam dit in Hiſpanicis numis fr typus. *Vaill.* Col. I. p. 1 43 etc. pariter in numis Fami et Imperatorum.

— d. binas haſtas. n. T Calabriae; *it.* Archelai regis doniae. *Criſtiani* Num. Ve 1. fg. 1.

— d. palmae ramum n. Hiſpaniae, Heracleae Etruſ Ilerdae Hiſpaniae; *it.* Cal gentis.

— ſ. ramum pendentib niis, d. alium equum ducit. n. Campaniae.

— d. frondem, adſilit c Marciae g.

— d. coronam praeten habenas. n. Neapolis Campa

— ſ. clipeum. n. Gelae S

ques ſed figura more mulierum
› inſidente. n. Celenderis Ci-
e.

· d. elata, ante quem Apollo
ı. n. Alexandriae Troadis.

· intra quem figura genuflexa,
equum calceat. n. Tarenti Ca-
ae.

· binis equis vectus. n. Fam.
ciae et Sepulliae.

· ſingulari equo inſidens. n.
cuſae.

· — cuius pes dexter huma-
imilis. n. Nicaeae in Gordiano

ques Imperator, vel *eius ſtatua*
ſtris. v. Achaia, Acmonia, Ae-
Ciliciae, Aleſa, Alexandria
ypti, Amaſia, Amaſtris, Ami-
Amphipolis Macedoniae, Ana-
us, Antiochia Piſidiae, Aphro-
s, Apollonia Epiri, Auguſta
ciae, Bargaſa, Bargylia, Bithy-
n, Bruza, Byzantium, Caeſar-
ſta, Caeſarea Palaeſtinae, Cil-
i Superiores, Clazomene, Co-
ius, Cyme Aeolidis, Cyprus
la, Dioſhieron, Dioſpolis Ae-
i, Elaea, Elis, Epheſus, Gor-
ı, Hadriani, Hadrianopolis,
rianotherae, Hipaepa, Macedo-
, Magneſia, Moſtene, Mytilene,
aea, Nicomedia, Nicopolis Epi-
)deſſus, Pautalia, Pergamus, Pe-
hus, Philippopolis Thraciae,
ıenicia, Plotinopolis, Samus,
les, Smyrna, Syedra, Tabala,
ſus, Tauium, Thyatira, Tra-
ıpolis, Troas; *it*. Archelai re-
Cappadociae.

- — vel habitu pacificatoris,
lata; vel decurrens cum haſta,
haſtam in barbaros humi pro-
tos vibraturus etc. in numis Au
ti, Lepidi, Caii et Lucii Caeſa-
ı, Tiberii, Druſi Senioris, Nero-
et Druſi Caeſarum, Claudii,
Neronis, Galbae, Othonis, Vitellii,
Titi, Domitiani, Traiani, Hadria-
ni, Antinoi, L. Aelii, Antonini
Pii, M. Aurelii, L. Veri, Commo-
di, Seueri, Caracallae, Getae, Ma-
crini, Elagabali, Iuliae Paulae,
Alex. Seueri, Maximini, Maximi
Caeſaris, Gordiani Pii, Philippo-
rum, Decii, Hoſtiliani, Galli, Vo-
luſiani, Aemiliani, Valeriani Sen.,
Gallieni, Poſtumi, Victorini, Te-
trici, Claudii Gothici, Aureliani,
Taciti, Floriani, Probi, Cari, Ca-
rini, Numeriani, Diocletiani, Ma-
ximiani, Carauſii, Conſtantii Chlo-
ri, Val. Seueri, Maxentii, M. Con-
ſtantini, Conſtantini Iun., Con-
ſtantis, Conſtantii Iun., Magnen-
tii, Decentii, Nepotiani, Conſtan-
tii Galli, Iouiani, Valentiniani Sen.,
Valentis, Procopii, Theodoſii I.,
Honorii, Theodoſii II.

Eques Imp. paludatus, d. ſpicu-
lum gerit, tanquam ad expeditio-
nem bellicam promtus. Æ. Titi,
Morell. in Tito Tb. 8. fg. 51. p.
364.) *Mdb.* 124.

— cum haſta. n. Fam. Crepu-
ſiae. Fonteiae, Marciae; *it*. Alex-
andri M. *it*. Impp. Hadriani, Anti-
noi, Anton. Pii, M. Aurelii, L.
Veri, Commodi, Sept. Seueri,
Caracallae, Macrini, Maximi, Gal-
li. etc. vid. PROF. AVG. FEL.
— PROFECTIO. AVG.

— d. elata. n. Alexandri M. *it*.
Impp. Hadriani, Anton Pii, M. Au-
relii, Sept. Seueri, Diocletiani, Val.
Maximiani, Conſtantini Iun., Theo-
doſii Sen. vid. ADVENTVI AVG.
FELICISSIMO. — ADVENTVS
AVG. — FELIX ADVENTVS
AVG. N.

— et ſ. haſtam. n. Hadriani,
Ant. Pii, Elagabali, Conſtantini
M. vid. AD·ENTVS AVG —
— AOVENTVS (*ſic*) AVGV-
ST. N.

Eques pacificatoris ritu. n. Fam. Aemiliae, Iuliae; *it*. Impp. Auguſti, Anton. Pii M. Aurelii, L. Veri, Pertinacis, Sept. Seueri, Caracallae, Getae, Elagabali, Alex. Seueri, Gord. Pii, Decii, Valeriani Sen., Gallieni Saloninae, Val. Maximiani, Conſtantini M. etc. vid. ADVENTVS AVG. *al*. AVGG. vel AVGVSTI. — PROFECTIO AVG.

— ſed praecedente Victoria. n. Alexandri Seueri, Gord. Pii. Trai. Decii. vid. VICTORIA GERMANICA. — *it*. Conſtantis. v. VICTORIA AVGVSTORVM — *it*. Conſtantini M. vid. VICTORI GENTIVM BARBARR. *Bonarrot*. N. *Carpin*. Tb. 33.

— et praeterea militibus praeeuntibus ac ſequentibus n. Alex. Seueri. v. PROFECTIO AVG. — *it*. Diocletiani.

— praecedente Victoria et ſignifero, ſequentibus duobus aliis militibus, ſigna militaria ferentibus, cum epigr. VICTORIA AVGVSTI. Æ max. Gord. Pii. *Bonarrot*. ib. Tb. 14. fg. 2.

— ſed figura militari equum ducente. n. Sept. Seueri. v. ADVENT. AVGG.

— ſed ſubſequentibus duobus ſigniferis. n. Traiani.

— ſed praecedente et ſequente figura. n. Neronis, Gordiani Pii.

— ſed adſtant tres, *al*. quatuor milites cum ſignis. n. Hadriani vid. EXERC. *al*. EXERCITVS DACICVS.

— pone quem tria ſigna militaria n. Caii Caeſaris.

— ſed praecedente milite et duobus ſequentibus. n. Caracallae. vid. PROF. AVGG.

— — ſed tribus ſequentibus. n. Traiani, M. Aurelii, L. Veri. v. PROFECTIO AVG. vel AVGVSTI.

— et captiuus humi ſedens. n. Conſtantini M. *it*. Probi. v. VIRTVS PROBI AVG.

— ſed ante eum barbarus infra in genua prolapſus. n. Sept. Seueri, Caracallae, Decentii. *Bonarrot*. ib. Tb. 9. fg. 2. et Tb. 35.) *Vaill*. Sel. Num. *Camp*. p. 131.

— currens ſupra barbaros duos, *al*. tres, humi proſtratos. n. Caracallae. *Liebe* Goth. Num. p. 217.) *Vaill*. Gr.

Eques d. caduceum. n. Antinoi.

— d. globum, n. Gordiani Pii. v. AETERNITAS AVGVSTI.

— d. globum, ſ. haſtam. n. Alexandri Seu.

— d. ſceptrum. n. Sept. Seueri.

— d. elata, ſ. ſceptrum. Eiuſd.

— cum haſta et clipeo. n. Marliae g. etc.

— citato equo vectus ſ. elata gladium vna cum amputato hoſtis capite. n. Sergiae g.

— decurrens ante Apollinis ſimulacrum. n. Alexandri Seu.

— Imp. adloquitur cohortes. n. Commodi. v. ADLOCVTIO.

— ab aduolante Victoria coronatur. n. Heracleae Lucaniae, Tarenti Calabriae.

— Imp. d. eleuans a Victoria volitante coronatur, ante pedes equi captiuus *al*. duo captiui. n. Caracallae.

— ſed ante eum columna, in cuius apice eſt ſignum Aeſculapii, figura militari cum ſequente. Æ max. Eiuſd. *Bonarrot*. Tb. 9. fg. 6.) *Vaill*. Sel. Num. *Camp*. p. 65.

Eques

ques ſed d. extendit verſus mulie- turritam, d. Aeſculapii ſignum ntem. n. Eiuſd.

- pileo Phrygio tectus aram dit, cui columna adſtituta eſt, mnae capiti aquila inſiſtit, a ɔ equitis arbor. n. Eiuſd.

- eodem pileo ornatus, bacu- cum ſerpente tenet. n. Eiuſd.

- iaculum mittens. n. Gelae iae.

- Imp. iaculum vibraturus. n. . Seueri.

- Titus dextra iaculum vibrat nilitem proſtratum, gladio et) armatum. Sine epigr. *al.* :a S. C. nota. Æ 1. Titi. *Be-* Th. Br. II. p. 635.) *Gorius Morell.* Th. Imp. II. in Tito 10. n. 7. qui p. 375. ſuſpica- equeſtrem ſtatuam Tito poſitam, teſtaretur, hoſtes Romani im- ab eo domitos, et in poteſta- reductos. Miles ille ſub equo us, in quem Titus eques iacu- contorquet, forſitan indicat cum aliquem ab eo proſtratum. *Al.* Titus eques chlamyde et aribus armis inſignis, ſ. ſcipio- gerens, d. palladium accipit a ia galeata, quae dextrum pe- globo imponit, et laeua ha- praefert, in area S. C. Æ 1. *ell.* ib. Tb. 10. n. 8.

- Domitianus d. eleuat, ſ. onem eburneum, cui imminet la. *AV.* *AR.* Æ 2. Domitiani, *ell.* Impp. in Domit. Tb. 6. fg. Tb. 7. fg. 16. Tb. 8. fg. 1. Tb. fgg. 1. 2. 3. 4. Tb. 17. fgg. 18. 19.) *Vaill.* Pr. II. p. 98. itianus in numis Titi, vt in e, eques repraeſentatur, qualis ompa triumphali de Iudaeis pro- iebatur, de quo *Ioſeph.* L. VII. . Iud. c. 17. „Veſpaſianus r ibat, et Titus deinde ſeque- ır; Domitianus autem adequita- bat, ipſe quoque ornatus pulcritu- dine, dignumque ſpectari exhibens equum.

Eques idem toga amictus, d. elata, ſ. gerens eburneum ſcipionem cum iuuenili capite eius vertici inſiden- te, addita epigr. CAESAR DO- MITIAN. COS. DES. in exergo S. C. Æ 1. Titi. *Beger.* Th. Br. II. p. 635.) *Morell.* in Tito Tb. 9. fg. 7. p. 370. Equeſtrem ſtatuam S. C. poſitam Domitiano cenſet *An- gelonius*, qui hunc numum etiam adducit Tb. 88. n. 4. p. 72. ſed hoc decus ex hoc numo argui non poſſe clamat *Vaillantius.* — Idem ty- pus, ſed *AV* et *AR.* Domitiani apud *Morell.* in Domit. Tb. 6. fg. 22. *et* Tb. 8. fg. 33. Inſigne illud, addit editor, quod manu gerit, de- notat principis iuuentutis collatum ei decus, praefecturam nempe, quam Imperatorum filii obtinebant ſupra nobiles iuuenes ex equeſtri ordine.

— Imp. iaculo *aprum* confo- dit Æ max. Gord. Pii. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 89. 90.

— *leonem* conterit adſiſtentibus duobus militibus, cum epigr. VIR- TVS AVGVST. n. Traiani. *Mdb.* p. 164.

— *leonem* telo ferit. Æ max. Commodi. *Cimel. Vind.* II. p. 12. vid. VIRTVTI AVGVSTI. — *it.* Gord. Pii.

— in *leonem* currentem ſpicu- lum vibrat. *AR.* Conſtantini M. *Khell.* Suppl. p. 236. 240.

— ſed ad pedes equi *leo.* n. Hadriani. *Hauercamp.* Num. Con- torn. fg. 21. p. 87. — *Al.* ſimi- lis, ſed Iouiani. *ibid.* Addend. fg. 12. p. 160.

— in ſerpentem adſurgentem haſtam intorquet. n. Sinopes Pa- phlagoniae.

Eques Imp. ſupra chimaeram vehitur habitu Bellerophontis, vid. *Bellerophon*,

— Imp. barbarum haſta impetit, v. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. —, VIRTVS PROBI AVG,

— haſtam in proſtratum hoſtem vibrat, n, Palaei regis incogniti, *it*, Commodi, Sept, Seueri, Caracallae, Getae, Elagabali, Alex. Seueri; Maximini, *it*. Gordiani Pii. v. ADVENTVS AVG,

— haſtam in barbarum humi ſedentem torquet, praecedit Victoria, lauream offerens, ſequitur miles. n. Alex, Seueri, v, VICTORIA AVGVSTI,

— haſta Germanum genuflexum tranſuerberat, n. Domitiani.

— iaculo Armenum iacentem impetit, n, L, Veri,

— vel Parthum iacentem. *AV*, L, Veri, *Cimel*, *Vind*, II, p. 10.

— Imp. ſpiculum in barbarum vibraturus, Victoria per aera coronam ei profert, n. Maximini,

— — impetit captiuum. Æ max, Sept, Seueri. *Vaill* Sel. Num, *Camp*. p. 59. — *Al*. ſed pone Imperatorem alter captiuus, n, Sept, Seueri,

— — ſupplantans proſtratum, haſta eundem petit, infra iacente ſcuto. n, Decentii,

— — ante tropaeum, ad eius imum captiuus n, Elaitarum,

— — ſub quo figurae, n, Gallieni ab Epheſiis,

— — equitans verſus duas feminas ſtantes, ſuperuolitat aquila, in imo fluuius muliebri habitu decumbit. n, Sept, Seueri ab Ac nenſibus,

— — pro pedibus flu emergens. n, Commodi a My naeis,

Eques deformis. vid. *Gothici* mi Muſ, *Pembrok*, II. Tb. 95. 3, 6,

— ſingularis, v, *Celes*. — palma vel flagro. n. Fam. Cal niae, Liciniae, Marciae; ſp ad ludos Apollinares.

Eques Amazon, n, Achaeo Eumeniae, Gortynae, Hiera Phrygiae, Moſtenes, Panemo Seleuciae Ciliciae, Tabalae, polis Cariae. *Eckhel*. Num. Tb, 13, fg, 16, vid *Amazon*,

— *Apollo* cum lyra gryp inequitat Æ max. Antinoi *Bo rot*. Num. *Carp*. Tb, 37, fg p. 416,

— *Bacchus*, v, *Bacchus*, ine tans pantheram,

— *Bellerophon*, v, *Belleroph*

— *Caſtor*, v, *Caſtor*,

— *Cupido*, v, *Cupido* inequi delphinum,

— *Cybele* v, *Cybele* vecta ne. — *Eadem* capite turrito c vecta, d, ſceptrum, ſ. tympan Æ 1, 2 Sept, Seueri, *Vaill*, II, p, 113.

— *Diana* arcitenens cer vel equum inequitans, n. Ep Magneſiae ad Maeandrum, Ph rum. — *Eadem* equeſtris telo nem petens, n. Traiani. *Mdb* 149. — *Diana* lucifera amb facem ardentem, Æ max. Anton. *Bonarrott* Num. *Carp*. Tb. 3, f — *Al*. ſed vtraque manu taedan *Diana*,

— *Lunus* deus, n. Claudi lis, Iuliopolis, Laodiceae Co ſyr

ſyriae, Neapolis Thraciae ad Meſtum, Olbae, Sagalaſſi, Seleuciae Ciliciae, Trapezi, Traianopolis v. *Lunus*.

Eques Mulier d. extenſa. n. Gortynae. — capite turrito. n. Seleuciae ad Calycadnam.

— *Puer*, delphinum inequitans. n. Iaſſi Cariae in Gord. Pio. vid. *Cupido*.

— *Serpens* vel draco, inſiſtens equo currenti. n. Domitillae vx. Veſpaſiani. *Patin.* Impp. p. 145. *it.* Domitiani.

— *Syra* dea leoni inſidens. n. Hierapolis Syriae. *Schlaeger.* Rapt. Europae p 15.

— Vir, camelum inequitans n. Boſtrae. — ſed nudus delphino vectus. n. Tarenti.

Equeſter ordo, qualis diſquirit *Galland.* Diction. ſub: *Equeſter ordo.*) *Vaill.* Fam. Iulia ad num. 69.

EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENT*utis*, ſupra clipeum. AV. AR. Neronis. Cum Romae, Claudius Troiae luſum exhiberet, Neronem a ſe adoptatum declaravit *principem iuuentutis*, vt iis praeſideret; at cum ille ludus eſſet equeſtris, ideo *equeſter ordo* clipeum Neroni fouit, quod Troiam fauorabiliter et conſtantiſſime luſit teſte *Suetonio* c. 7. in eius vita. *Guſſeme* V. p. 216. n. 23.) *Mdb.* p. 88. 89.) *Morell.* in Nerone. *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 5. fg. 2. p. 82. *it.* II. Tb. 15. fg 2. p. 208. ſed litteris exeſis.) *Vaill* Pr. II. p. 63. — *Al.* intra coronam lauream, addito S. C. Æ 2. Commodi. *Angelon.* Tb. 217 n. 3. p. 178) *Geſner.* Tb. 126. n. 2.) *Guſſeme* II. p. 235. n. 29.) *Harduin.* Oper. p. 785.) *Mdb.* p. 241.) *Muſell.* Impp. Tb. 133. fg. 5.) *Patin.* Impp. p. 208.) Th. Reg. *Sueciae.* Tb. 61. n. 19.) M. *Theup.* p. 542.

Equeſtre certamen ſingulare in denariis Seruiliae gentis. Duo equites decertant, galeatus d. confodit hoſtem haſta, ſ. clipeum tenet, in quo littera M. (*Marcus*) vid. *Seruilia* g.

Equeſtris figura in n. Bizyae, Ilii, Myrinae, Nicaeae, Ptolemaidis, Seleuciae, Stratonicae.

— — cippo impoſita pone templum 4. columnarum. n. Topiri.

— — ſupra aquae ductum. n. Marciae g. *Morell.* Fam. p. 261 fg. 1.) M. *Pembrok.* III. Tb. 6. fg. 9.

Equeſtris ſtatua erat, cum equo ad curſum incitato aliquis inſidens ſculpebatur, eaque imago ex aere, vel lapide, vel ebore facta ponebatur loco celebri. *Plinius* L. XXXIV. c. 5. „Equeſtres vtique ſtatuae Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio a Graecis exemplo; et c. 33. dixerat: „Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium. Inde etiam numis memoriam ita ſeruari voluerunt veteres. — *Equeſtres ſtatuae Auguſti* ſeptem numis rarioribus, iiſque fere ſolum argenteis, a *Vaillantio* ſunt repraeſentatae; ſed aureo a *Khellio* Suppl. p 9. vulgato. ſeu lituum, ſeu partem nauis ſpectes, ſimiles eſt nullus; an ad Pompeium, an ad Antonium mari victos referendus ſit, argumentis deſtitutus in medio reliquit *Khellius*.

— — *Alexandri Seueri* capite radiato, ante ara vel ciſta. n. Seleucenſium.

— — *Antinoi* pone aedificium. n. Rheſaenae. *Liebe* Goth. Num. p. 312.) *Patin.* Impp. p. 208.

Equeſtris ſtatua Antonini Pii galeata. n. Myrinaeorum, Stratoniceenſium.

— — *Arcadii. Band.* II. p. 534.) *Mdb.* p. 523.

— — *Caracallae* d. haſtam a Bizyenis.

— — *Domitiani. Patin.* Impp. p. 156.

— — *Hadriani.* n. Nicaeenſium.

Equiria, ludi quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum. Celebrabantur in campo Martio iuxta Tiberim, et per equeſtres decurſiones agitabantur. Ideo in denario Fabii eques decurrens exhibetur galeatus, d. coronam ex lauro oſtentat, ob decurſionis, quod retulit, praemium. *Vaill.* Fam. Fabia fg. 3.

EQVIS (*ſic* loco EQVES) ROMANVS. Imperator equo inſidens pacificatoris habitu, d. eleuat. AV mai. mod. Conſtantini M. *Cimel. Vind.) Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 472.) *Khell.* Suppl. p. 238. 239.

EQVIT. *Equit.* vid. FIDES EQVIT. — PAX. EQVIT. — VIRT. *al.* VIRTVS EQVIT.

EQVITAS (*ſic*) pro AEQVITAS. n. Neruae.

Equites duo decurrentes. n. Caelinae in Italia. Muſ. *Hunter.* Tb. 14. fg. 3.

— duo cum gladiis et clipeis, dimiſſis equis, pedeſtrem pugnam ineunt. AR. Seruiliae g.

— duo decertantes, d. confodit hoſtem. *ibid.*

— tres ex fronte decurrentes, effuſis habenis, praeeunte milite. g. Poſtumiae.

Equites cum palma. vid. *Celetes.*

Equites Caſtor et Pollux. n. Lacedaemonis, Macedoniae, Syracuſae; *it.* Antiochi regis Commagenes; *it.* in poſtica numorum antiquiſſimorum Fam. Aeliae, Anteſtiae, Atiliae, Cupienniae, Domitiae, Itiae, Iuniae, Lucretiae, Marciae, Minuciae, Pinariae, Plautiae, Quinctiae, Scriboniae, Semproniae, Terentiae, incertarum. Conf. Geſchichte der K. Academie der Wiſſenſch. zu Paris T. I. p. 266 ſq. vid. *Dioſcuri.*

— — — aduerſi ſtantes, d. equum capiſtro retinent, ſ. haſtam. n. Amaſtris Paphlag.

Equites Imperatores ſolebant Romani diuerſo modo pro variis eorum geſtis repraeſentare. Cum aliquis ſolito equi gradu incedit, *profectio* eſt Auguſti; accelerata paſſu, eius *expeditio*; captiuum proſternens, *virtus* Imperatoris; denique lento gradu, *aduentus* eius in vrbem.

— *Caius et Lucius* decurrentes, cum epigr. PRINC. IVVENTVT. in imo C. L. *Principes Iuuentutis* ab equeſtri ordine ſcilicet adpellati *Caius* et *Lucius.* AR. Auguſti. *Vaill.* Pr. III. in Addendis p. 324.

— *Seuerus*, *Caracalla et Geta*, dextris ſublatis. AV. Seueri. vid. ADVENT. AVGG.

— *iidem* in citis equis. Æ 2. Getae. vid. PRINC. IVVENT.

— *Carinus* et *Numerianus*, d. elata. v. SPES PVBLICA.

— Diocletianus et Maximianus, d. elata, ſ. haſtam, vel ſceptrum, cum epigr. COMITATVS AVGG. AV. Diocletiani. *Froelich.* Supplem. AV. Impp. in *Gorii* Symb. Litt. p. 142.) *Khell.* Suppl. p. 215.

Equi-

ites iidem, cum epigr. AD-
:VS AVGVSTORVM. *Guſ-*
II. p. 54. n. 3.

ites Theſſali apud Graecos in
s ſemper maxime deſiderati,
n enim primi in arte eque-
:ellebant; quidquod Theſſa-
ieſtri laude multum pollebat.
eſſalia.

ITVM. vid CONCORDIA
T' M. Æ. Poſtumi Sen. *Har-*
Oper. p. 856.) *Vaill.* Pr.
2.

itum tranſuectio erat praeci-
nſurae actio, de qua *Span-*
r. II. p. 100. vid *Cenſor.*

uleus in ſinu complectitur ab
quitante. Æ max. mod. Tra-
ecii a Samiis Ioniae. *Haym.*
r. I. Tb. 29. fg. 2. p. 279.

us e tellure eductus a Neptu-
nde apud *Diodor.* L. V. c.
raecis dictus *Hippius*, ſicuti
is *Conſus*, qui in Neptuni
is honorem inſtituere *Con-*
Varro L. L. Lib. V. —
ndi artem quis docuerit?
Fam. Titur. n. 5.

us cernitur in numis Alexan-
egypti, Arcadiae, Arporum,
s Theſſaliae, Caeſareae Palae-
Carthaginis Africae, Empo-
Hiſpaniae Gallicis, Gelae,
iae, Lariſſae, Maroneae, Pa-
Perinthi, Phalannae, Phe-
Romae, Syracuſae, Theſ-
Theſſalonicae, Troadis; *it.*
Atiae, Marciae; *it.* Regum
oniae, Attilae Hunnorum et
Celticorum.

us integer iuxta palmam ſtans,
i innixus, *Carthaginis* Afri-
nbolum. *Oiſel.* Sel. Num.
fg. 9. p. 142. vid. *Cartha-*
cae.

Mauretaniae ſymbolum. *Oi-*
Tb. 33. fgg. 2. 3. 4. p. 144.
145. vid. MAVRET. — MAV-
RETANIA. — *Strabo* L. XIII.
teſtatur de Mauris, eos paruis
equis vſos, celeribus tamen et
manſuetis.

— *Macedoniam* notat, equos
praeſtantiſſimos plurimis in locis
nutrientem, ac *Theſſaliae*, laude
equeſtri multum pollenti minime
cedentem. *Spanhem.* Pr. I. p 179.
— *Pellaei* equi. vid. *Pella* Mace-
donum vrbs. — Teſtatur *Iuſtinus*
L. IX. c. 2. Philippum, Macedo-
niae regem, Scythis deuictis, vi-
ginti millia nobilium equarum, ad
genus faciendum in Macedoniam
miſiſſe; Macedoniae autem, vt et
Theſſaliae, circa Lariſſam, Pellam
et Magneſiam praecipue, paſcua ad
alendos equos laudatiſſima et nobi-
liſſima fuere, indicat *Plin.* L. V.
c. 56. Hinc fabulati ſunt, in Theſ-
ſalia primum ortum fuiſſe equum,
et primo ibi domitum. — Syriae
reges, qui e Macedonia originem
ducebant, generoſis equis delecta-
bantur, et optimo pollebant equi-
tatu, quod innuere videtur equus
in n. Seleuci, niſi denotet bellico-
ſum populum, quo ſymbolo Syro-
Macedones egregiam belli fortitu-
dinem demonſtrarent.

— in numis Siculis notat prae-
ſtantiam equorum, inde in n. Pa-
normitanorum equus infrenis modo
currens, modo ſaliens. *Burmann.*
ad *Dorvill.* Sic. p. 289. 470. —
Apud Agrigentinos paſcebantur ad
certamina Olympica. *ib.* p. 351. —
Equi ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΙ, a Victoria co-
ronati ſaepe in numis Siculis occur-
runt. *ib.* p. 295. quem morem in
Graecorum agonibus obſeruatum,
illuſtrat *Spanhem.* Pr. I. p. 549.
550.

Equus alatus. vid. *Pegaſus.*

— *alatus* paſcens cum ſymbolis
ſolis et lunae. Æ. Mithradatis Eu-
patoris. *Liebe* Goth. Num. p. 134.

Equus

Equus Circenſis addito palmae ramo in numis. *Burmann.* ad *Dorvill.* Sic. p. 281. 606.) *Hauercamp.* Num. Contorn.) *Vaill.* Fam. Calpurnia.) *Wilde* Sel. Num. Tb. 17. fg. 102.

— liber currens et infrenis, libertatis ſymbolum. *Burmann.* ib. p. 328. 497.

— — n. Arporum Apuliae, Caenios inſulae, Carthaginis Africae, Lariſſae Theſſaliae, Maroneae Thraciae, Mylaſae Cariae, Panormi Siciliae, Salapinorum Apuliae, Teiorum, Turon. Galliae Lugdunenſis; *it.* *Equus* liber citato curſu. n. Hieronis, Iubae I. regum; *it.* Calpurniae g. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 93. fgg. 8 ad 12. *it.* Tb. 94 fgg. 1. 3. 8. 9. 10.

— — quem Victoria ſuperuolat n. Dionyſi I. Syracuſarum tyranni.

Equus effrenis libere decurrens, inter cuius pedes fulmen. n. Theſſalonicae. *Wilde* Sel. Num. Tb. 13. fg. 75. p. 106. — ſed ſuper cuius dorſo ſerpens arrectus cum capite humano. n. Alexandriae Aegypti.

— *cornutus.* n. Seleuci I. Syriae regis. *Froelich.* Ann. Syr. Tb. 3. fg. 29. vid. *Cornu.*

— *deformis.* Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 95. fg. 6.

— *deſultorius* ſine ephippiis decurrens, equeſtres arguit ludos. *Vaill.* Fam. Calpurn. ad n. 8. — ſub quo anguis erectus, ſupra tres globuli. Æ 1.

— — abſque epigr. n. Tetrici Sen. *Mdb.* p. 400.) *Triſtan.* III. p. 326.

— *Diomedis* dilanians hominem nudum, dextra maxilla adprehenſum. n. Traiani.

Equus gradiens. n. Amphip Macedoniae, Anazarbi, Arc Caeſareae Palaeſtinae, Carm. I niae Baeticae, Cymes Aeolidis, ton. Theſſaliae, Hiſpaniae, Ma niae; *it.* Audoleontis Paeoniae li; *it.* Antinoi; *it.* Attilae H

— — freno ad terram de te, in tetradrachmis Amyntae Perdiccae III., Archelai II. Alexandri, Macedoniae regun

— — dextramque eleua Philippi regis Maced. *Wild* Num. Tb. 1. fg. 7. p. 8.

— — cum palmae ramo, pileus Dioſcurorum. n. Ep Phrygiae.

— — in cuius tergo ſer n. Alexandriae Aegypti.

— *iacens.* n. Syracuſarum.

— laxis habenis decurren pius ad ludos Apollinares per

— *libere ſtans,* vel ſ habenis currens in numis ve ſymbolum plerumque eſt liber M. *Pembrok.* II. Tb. 95. fg.

— — caput ſuperbe re in Panormitanis, Syracuſanis, iſque Siculis numis paſſim con tur propter praeſtantiam equ Siculorum, qui apud veteres laudantur. *Hauercamp.* ad P Tb. 5. fg. 49. p. 62.

— — n. Agyrinae Sicilia equeſtria certamina in mem Iolai Herculis ſocii ibi perac

— — ſtans vel citato in Arpanorum Apuliae num vrbis nomen adludere videtur porum nempe ſincerum nome Ἄργος Ἵππιον, *Argos Hippium,* Argos equeſtre, ſiue aptum *Plin.* L. III. *Seruius* ad *Virg* neid. VIII. vſ. 9. — Idem

in n. Salapiae Apuliae, quae Arporum fuit nauale.

Equus libere ſt. ad Carthaginenſes numos refertur apud *Pellerin.* Num. Pop. et Vrb. Tom. III. Tb. 88. fgg. 5. 6. — Idem equi typus in n. vrbium Adanae Ciliciae. Muſ. *Hunter.* Tb. 2. fg. 16. *it.* Aufidenae vel Auſinae Italiae, apud *Arigon. it.* Camarinae Siciliae, Demetriadis Theſſaliae, Syracuſae, aliarumque vrbium.

— liber ſtans et reſpiciens. n. Panormi Siciliae. *Al.* ſed anteriore pede ſublato. *ibid.* et Cymes Aeolidis.

a) *Aurei.* 1. AEL. EVDOCIA AVG. Huius caput ornatum.)(Crux intra lauream, ſine epigr in ima parte CONOB. ✱ QVIN. AV. *Cimel. Vindob.* I. p. 28.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 520.) *Bandur.* II. p. 536) *Mdb.* p. 524.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 23. fg. 11. p. 308. ſed .... EVDOXIA AVG.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 27. fg. 6.) *Guſſeme* III. p. 182. n. 2.) *Strada* f. 204. — 3. AEL. EVDOCIA AVG. Eudociae caput cum diademate ex vnionibus et corona imminente.)(VOT. XX. MVLT. XXX Victoria ſtans, d. crucem maiorem et longiorem tenet, ſupra ſtellula, in ima parte CONOB. *Band.* II. p. 535. 536. — 4. *Ead. epigr.* cum eodem capitis typo.)(VOT. XX. MVLT. XXX. B. Typus vt ſupra, cum ſtellula ſuperne, iiſdemque litteris in imo exergo. *Band.* II. 536.) *Guſſeme* III. 182. n. 1.) *Occo, Mediobarbus, Ducang* Fam. Byzant. p. 65. ad Theodoſii Iun. vxorem retulere 3. 4. numos, quos *Bandurius* l. c. ad eiuſdem matrem, Arcadii coniugem refert. Nam ex artificio dignoſci non poteſt, qua aetate cuſi ſunt huiuſmodi numi *Eudociae* vel *Eudoxiae*, quia idem in omnibus eſt, hoc eſt fere nullum; deinde nec ex litteris quidquam certi elici poteſt, quae in horumce numorum omnium ima parte eaedem occurrunt; poſtremo ſcriptores in vtriuſque Auguſtae nomine ſcribendo variant, adeoque fuerunt, qui Theodoſii Iun. coniugem *Liciniam Eudoxiam* adpellarent. Igitur vna ſupereſt eorum numorum aetatem inueſtigandi ratio, quae in eo conſiſtit, vt ſi quis numus reperiatur cum iis temporum notis, quae in alterutram Auguſtam tantum conueniant, huic adſcribantur numi omnes, qui idem nomen praeferunt, qui diuerſum, alteri. Atqui *Eudoxiae* extant numi, in quibus Theodoſii Iun. imperii anni et conſulatus conſignati ſunt, ideoque ad eius coniugem pertinent. Igitur Theodoſii Iun. coniux fuit *Eudoxia; Eudocia* Arcadii ex ſententia *Bandurii.* — Numi huiuſcemodi, in quibus VOT. XX. *votorum vicennaliorum* mentio fit, pertinent ad an. Chr. 404. quo ipſo Eudocia obiit.

b) *Argenteus.* 5. AEL. EVDOCIA AVG. Caput Eudociae margaritis ornatum cum ſtola ad pectus, et monili ex vnionibus circa collum.)(Crux intra coronam erecta, in ima parte CONS. et ſtella.

a. *Ducang*. Fam. Byz.) *Band*. p. 536.) *Guſſ*. III. p. 182. n. *Mdb*.

) *Aereus tertiae formae*. 6. L. EVDOCIA AVG. Caput ;uſtae imminente ſupra corona. SALVS REIPVBLICAE. Vi-ia thoraci inſidens, clipeo co-cellae impoſito inſcribit mono-mma Chriſti, infra.... *Eckhel*. . II. p. 520.

) *Alii* ab aliis forſan minus iuſte :adii vxori attribuuntur. Sic *diobarbus*, qui ipſius nomen L. EVDOXIA AVG. cum X bit in *aureo* ad caput femineum, in aere manus ſertum imponit. SALVS REIPVBLICAE. Vi-:ia thoraci inſidens clipeo co-ınae impoſito, inſcribit Chriſti nogramma, in imo CON. OB. *!b*. p 524. ex *Ducang*. Fam. :. Tb. 20. Eundem protulit *be* Goth. Num. p. 85. pariter *AV*. et Arcadii vxori contribuit, ſcriptum SALVS RIPVBLI-E (*ſic*) omiſſo ſcilicet E priore; eterea in typo prolato Victoria ıeo non inſcribit plenum Chriſti nogramma, ſed tantum crucem uſſatam, cum lineola tranſuerſa. Addit *Mdb*. l. c. *aereos*, quos em alii ad Theodoſii Iun. con-em referunt, in quorum poſtica SALVS REIPVBLICAE, pa-r atque in aureo, ſed in imo rgo ANT. r. — vel epigraphe : GLORIA ROMANORVM. ura muliebris ſtolata ſedens, cui ıus deſuper pendens lauream ›onit, infra ANT. A. ✝. in *alio* N. — Editor Muſei *Theupo-li* p. 359. *argenteum* huic Eu-:iae dedit: AEL. EVDOXIA 'G. Idem caput corona immi-ıte.)(GLORIA ROMANO-'M. Mulier ſedens veſte inuo-ı, a latere crux, in imo AIIA *Al*. ſed in)(SALVS REI-BLICAE. Victoria ſedens, ſcri-in clipeo ☧ in imo MKΔ. Pot. *Theup*. p. 360. — *Al*. ſed in-ſra S. M. R. Muſ. *Pembrok*. III. Tb. 31. fg. 23. — D. N. AELIA EVDOXIA P. F. AVG. Caput idem.)(*Sine epigr*. ✝ in co-rona, in imo CON. OB. Pot. M. *Theup*. ib.

Eudoxia (*Aelia*) Athenis nata, vnde *Athenais* primum adpellata, Leontii ſeu Leonis aut Heracliti Athenienſis philoſophi filia, Theo-doſii Iunioris vxor. Femina in omni doctrinae ac eloquentiae gené-re exercitata, quae etiam poemata ſcripſiſſe fertur. Iratum ob leuem ſuſpicionem maritum ſentiens Hie-roſolymam petiit, vbi templa plura conſtruxit. Obiit poſt maritum ge-nuitque *Liciniam Eudoxiam*, Placi-dii Valentiniani poſtea coniugem. — Aeſtimantur Aeliae huius Eu-doxiae *aerei* numi rari, *aurei* pari-ter atque *argentei* rariſſimi.

a) *Aurei*. 1. AEL. EVDOXIA AVG. Protome diademata cum inauri, deſuper manus coronam im-ponit.)(SALVS REIPVBLI-CA. (*ſic*) Victoria thoraci inſi-dens, clipeo erecto inſcribit mo-nogr. Chriſti, in imo CONOB. M. *Pembrok*. I. Tb. 28. fg. 3. II. Tb. 98. fg. 6. — 2. *Ead. epigr*. Ca-put Eudoxiae cum diademate ex vnionibus et corona imminente, quam manus offert.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſpoliis inſidens, Chriſti monogramma cli-peo inſcribit, intra CONOB *Band*. II. p. 562. 563.) *Cimel. Vind*. I. p. 28.) *Eckhel*. Cat. II. p. 525.) *Guſſeme* III. p. 183. n. 3. — 3. *Ead. epigr*. Caput Eudoxiae cum diademate geminato, ad pectus cum ſtola.)(Crux in corona laurea, in ima parte COB. *Band*. II. p. 562.) *Guſſ*. ib. n. 4. — 4 EV-DOXIA AVG. Huius caput mar-garitis ornatum, ſine manu coro-nante, ad pectus cum ſtola.)(Crux intra coronam, infra CONOB. et ſtella. *Band*. ib.) *Cimel. Vind*. I. p. 28.) *Eckhel*. Cat. II. p. 525.) *Guſſ*. ib. n. 5.) *Mdb*. p. 536. — 5. AEL. EVDOCIA (*ſic*) AVG.

AVG. Huius caput.)(*Sine epigr.* Crux intra coronam, in imo CONOB. M. *Theup.* p. 362.) *Mdb.* 536. — 6. AEL. EVDOXIA AVG.)(IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. Victoria ſedens, d. globum cum crucis ſigno, ſ. ſcipionem, in ima parte CONOB. *Band.* ib.) *Froelich.* 4. Tent. p. 421.) *Mdb.* 536.) *Guſſeme* III. p. 183. n. 2. Patet auerſae partis typarium, ad Auguſtum aliquem, et quidem ad maritum Theodoſ. Iuniorem pertinere, in cuius numo itidem aureo exhibetur. — 7. *Ead. adu.*)(Crux in laurea, infra CONS X. *Ducang.* Tb. 21.) *Mdb.* ib. — 8. *Al.* ſed)(VOT. XX. MVLT. XXX. CONOB. *Ducang.* ib.) *Mdb.* ib.

b) *Argentei*, qui inter rariores recenſendi ſunt, nec vllus apud *Mediobarbum* exſtat. 8. AEL. EVDOXIA P. F. AVG. Caput Eudoxiae margaritis ornatum, ad pectus cum ſtola, et monili ex margaritis circa collum)(Chriſti monogramma in corona. Numus hic ob epigraphen, quae Eudoxiae caput ambit rariſſimus eſt; tum primum Auguſtae *Piae Felices* dici coepere. *Band.* II. p. 563.) *Guſſ.* ib. n. 6. — 9. AEL. EVDOXIA AVG. Idem ornatum caput, ſed manus ſublimis coronam capiti imminentem tenet in parte numi ſuperiore.)(GLORIA ROMANORVM. quae epigraphe tum primum in numis Auguſtarum occurrit. Fig. muliebris ſtolata ſedens a fronte, ſ. ad pectus compoſita, d. victoriae ſignum globo impoſitum ſuſtinet, in imo exergo ALE. *Band.* II. p. 562. 563.) *Guſſeme* III. p. 183. n. 1. — 10. *Ead. epigr.* cum eodem capitis typo.)(IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. *Imperator quadrageſimum Secundum*, *Conſul Decimum Septimum*, *Pater Patriae*, vt in aureo. Victoria ſedens, d. globum cum crucis ſigno, ſ. ſcipionem, a d. in area ſtella, in ima parte CONOB. *Band.* II. p. 563. — 11. *Ead. aduerſa.*)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſedens, inſcribit clipeo Chriſti, vt videtur monogramma, ante eam cippus, cui tamen clipeus non inſiſtit, infra SMKA. *Band.* ib.

c) *Aerei tertiae formae* haud obuii. Nulli enim Eudoxiae numi ex aere apud *Mdb* exſtant, praeter duos, quos ex *Ducangio* exſcripſit. — 12. AEL. EVDOXIA AVG. Huius caput ad pectus cum ſtola et manus ex alto coronam ex margaritis capiti eius imminentem tenet.)(GLORIA ROMANORVM. Eudoxia ſtolata manibus ad pectus compoſitis ſedens a fronte; manus ex alto coronam ex margaritis capiti eius imminentem tenet, a ſin. in area crux, in ima parte AMA. *Band.* II. 562. 563.) *Guſſeme* III. p. 183. n. 1. — 13. *Al.* ſimilis ſed infra ANTA. *Band.* ib. 563.) *Ducang.*) *Mdb.*) *Guſſeme.* — 14. *Al.* ſed ANT. Γ. *Band.* ib.) *Guſſeme* ib. — 15. *Al.* ſed ANT Δ. *ibid.* — 16. *Al.* ſed CON. in ima parte, eodem typo vtraque ex parte. *Band.* ib. *Guſſ* ibid. — 17. *Eadem epigraphe* cum eodem capitis typo et manu coronam tenente.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſtolata inſidens cippo, cui impoſitus clipeus, quem ſ. tenet, d. inſcribit Chriſti monogramma; in imo ANT. Γ. *Band.* ib.) *Eckhel.* Cat. II. p. 525) *Guſſeme* III. p. 183. n. 3. — 18. *Al.* ſed Victoria ſpoliis inſidens, cetera vt ſupra. *Band.* ib.) *Ducang.*) *Mdb.* — 19. *Al.* ſed in ima parte CONSA. *Band.* ib — 20. *Al.* ſed infra SMNΔ. *Band.* ib.) *Guſſ.* ib. — 21. *Al.* cum SMRS. in imo exergo, eodem typo vtraque ex parte. *Band.* II. p 562. 564.) *Guſſ.* ib. — 22. AELIA EVDOXIA AVG. Eius caput abſque manu ſuperne coronam tenente.)(SALVS REIPVBLICAE. Idem Victoriae ſedentis typus, in ima parte SMRA. *Band.* II. 564.) *Guſſ.* ib. ſed SMKA.

Ex.

Eudoxia (Licinia) Theodoſii Iunioris et Aeliae Eudoxiae filia, Ao. Chr. 423. nata, Placidio Valentiniano nupſit 437. Eandem Nicephorus nuncupat *Eudociam.* Hanc viduam Petronius Maximus ſibi rapuit 455. Ipſa vero viri necem vltura, Genſericum Gothorum regem accerſiuit ex Africa, qui Maximum ſuſtulit, Eudoxiam vero cum duabus Placidia et Eudoxia filiabus ſecum in Africam abduxit. Illinc manſit ad annum 462. quo Conſtantinopolim denique remiſſa dicitur, vna cum maiore filia, quae Olybrio nuptum collocata eſt; ſed Placidiam Hunerico filio copulauit Genſericus.

Aurei Liciniae Eudoxiae numi, qui dumtaxat habentur, omnes cenſentur eximiae raritatis; ipſius nimirum ornatus capitis nouus propter coronam radiatam et margaritas, quae ab vnaquaque capitis parte pendent vſque ad collum, quae et ipſum collum ornant. Singularis quoque eſt inſcriptio auerſae ac typus. 1. 2. LICINIA EVDOXIA P. F. AVG. Huius protome margaritis ornata, quae coronam radiatam ambiunt, in cuius medio crux.)(SALVS REIPVBLICAE. Mulier ſedens in fronte, d. globum crucigerum, ſ. crucem oblongam, in area hinc R. inde M. in imo COMOB. *al.* CONOB. *Band.* II. p. 575.) *Ducang.* cuius vero metalli ſit, non monuit.) *Guſſeme* III. p. 184. n. 1.) *Mdb.* p. 541.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 26. fg. 1. p. 329. 330.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 28. fg. 9. — 3. *Eadem epigraphe* cum eodem capitis typo.)(SALVS REIPVBLICAE. Figura ſimilis, ſed radiata, ſedens, cetera vt ſupra. in area a d. R. a ſin. V. in ima parte COMOB. *Band.* ib.) *Guſſeme* ib.

EVEN. *Euentus.* BON*us* EVEN*tus.* Vir nudus ſtans, d. pateram, ſ. ſpicas et papauer. AV. Galbae. *Kbell.* Suppl. p. 29. *it.* AR. eiuſd. *Vaill.* Pr. II. p. 70. c. epigr. BONI EVENTVS. — BON. EVEN. AVG. Figura virilis nuda ſtans ad aram accenſam, d. pateram, ſ. ſpicas. Æ 3. Gallieni. *Band.* I. p. 213.

EVENT. *Euentus.* vid. BON. EVENT. n. Galbae *Eckbel.* Cat. II. *it.* n. Gallieni. *Band.* I. p. 158. — BON. EVENT. AVG n. Gallieni. *Band.* ib. — BON. EVENT. LIBO. n Scriboniae gentis. M. *Pembrok.* III. Tb. 93. n. 3. — BONVS EVENT. AVG. n. Valeriani Sen. *Band.* I. p. 138 — PACIS EVENT. n. Veſpaſiani. *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 8. n. 15. p. 290.) *Vaill.* Pr. II. p. 88.

EVENTVI. vid. BONO EVENTVI. n. Galbae, *it.* Antonini Pii. M. *Theup.* p. 485.

EVENTVM PACIS COS. VII. n. Veſpaſ. *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 8. p. 290.

Euentus bonus ſtans ad aram. AR. Commodi, qui in omni metallo abeſt in catalogis ſolitis. *Kbell.* Suppl. p. 96.

— — cuius ſimulacrum ab Euphranore fictum, d. pateram, ſ. ſpicas et papauer tenens, ex *Plinio* L. XXXIV. c. 8. obſeruant *Patin.* in *Plinio* ſuo et *Beger.* Th. Br. II. p. 583.

— — Non niſi ſub Tito epigraphe BONVS EVENTVS AVGVSTI, addito ſcilicet *Auguſti* nomine in monetis Auguſtorum legitur, in cuius AV. AR et Æ numis typus eſt genius nudus d. pateram, ſ. ſpicas cum papauere. *Kbell.* Suppl. p. 40. — BONVS EVENTVS AVG. Ipſe ſtans ad aram luculentam cum patera et ſpicis. Æ 3. Gallieni. *Band.* I. p. 213.

EVENTVS. vid. BONVS EVENTVS. n. Getae. — BONI EVENTVS. n. Galbae, Anton. Pii, Sept. Seueri, Domnae etc. *Bonus Euentus* pro deo ab antiquis cultus et inter conſentes diuos recenſitus a *Varrone* de re ruſt. L. I. Lymphae comes datus, quoniam ſine aqua et ſucceſſu miſera eſt agricultura. Non ſolum ſub forma virili, ſed etiam ſub forma matronae in aere priſco exhibetur *Bonus Euentus*, vt patet ex Æ I. Epheſiorum in Salonina ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ inſcripto, et altero Seueri cum inſcriptione BONI EVENTVS, vbi ſub matronae forma decore cultae d. pateram frugibus plenam, ſ. ſpicas exhibetur. Omiſſo nomine in Æ 2. Elagabali a Marcianopolitis repraeſentatur figura virilis ſtans, d. pateram, ſ. duas ſpicas. *Froelich.* 4. Tent. p. 300.

Euergetae, Ἐυεργέται Σκυθικὸν ἔθνος, *Stephano* et *Holſten.* in *Steph.* p. 120.

Euergetes, Ἐυεργέτης, ex εὖ et ἔργον *opus*, *qui bene alicui fecit.* Conf. *Galland.* Diction. vocabulo Ἐυεργέτης. — *Euergetae* cognomen quinam geſſerint? *Liebe* Goth. Num. p. 123.) *Spanhem.* Pr. I. p. 439. 440. vbi docet, *Euergetis* cognomen adſumtum a variis regibus, vulgo cum Soteris adpellatione apud Graecos coniunctum. In Seleucidarum numis tres occurrunt cum ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomento, Alexander I. vulgo Bala, Antiochus VII. cognomine Sidetis, Demetrius III. cognominatus Philometor et Callinicus. — Pariter cognomen duorum Ptolemaeorum III. et VII. Aegypti regum, quod ex auctoribus a *Spanhem.* I. p. 400. adlegatis et ex numo apud *Liebe* Goth. Num. p. 123. et *Vaill.* Hiſt. Ptolem. p. 50. de Ptolemaeo III. cum inſcr. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ conſtat. De Septimo vero Ptolemaeo, vulgo Phyſcone, ſilent numi. — *Euergetes* etiam dicti praeter Lagidas et Seleucidas alii in Aſia reges, vti e numis Pylaemenis Paphlagonum, Mithradatis Ponti, et Arſacidarum Parthorum conſtat. Conf. *Froelich.* Not. Elem. Tb. 17. ſqq. I. 2. p. 196. 197.) *Sebaſt. Faeſchii* epiſtola de numo Pylemenis (*ſic*) Euergetae, regis Paphlagoniae. Baſil. 1680. recuſa in Theſ. *Gronov.* Tom. IX. p. 1601 ſq. et Gallice verſa in Recherches curieuſes d'antiquité par *Spon* p. 307 ſq.

Euergetes vocantur reges et principes ex *Harduini* Oper. Sel. p. 599. 600. ſententia, *qui poteſtatem habent*; at Gloſſ. Gr. Lat. ed. *Labb.* p. 81. Ἐυεργέτης *Benemeritus, Beneficus, Beneficus adſertor*; Ἐυεργέται, *Benemerentes, Munifici*, quod fuſius comprobat *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 271. 272.

Euergetes in Laodicenſium numo: ΙΟΥΛΙΟΣ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ, *Iulius Andronicus Euergetes*, apud *Haym.* Th. Br. II. Tb. 26. n. 2. p. 220.

ΕΥΓΑΡΑ incertus locus, forte Boeotiae, quod numus ignotus, vt ceteri Boeotorum numi, craterem, clauam, clipeumque praefert, quibus Liberi atque Herculis patria deſignatur. *Froelich.* Not. Elem. p. 83.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 56.

Eufemia vel *Euphemia* (*Aelia Marciana*) Anthemii vxor a quibuſdam dicitur; nominatur item eius filius Maniacus. — Si Procopium audis, barbaris nata parentibus *Eufemia*, mancipium Iuſtini Senioris fuit, ante quam coniux; ceteri ſcriptores Lupicinam adpellant, ac nomen mutaſſe tradunt, cum maritus ad imperium peruenit. Matrimonium eius infecundum fuit et marito adhuc ſuperſtite fatum impleuiſſe videtur quo vero anno incertum.

miae numi rariſſimi ſunt,
endum, num ad Iuſtini vxo-
rtineant; cum enim eadem
hoc eſt Leonis aetate, al-
phemia fuerit Marciani filia,
ıli coniux, probabiliſſimum
a *Marcianam* vocatam, *Au-*
ue titulo ornatam fuiſſe;
rem, ſi quis ei numos ſe-
tribuere voluerit, in ſen-
eius, ait *Bandur*. II. p.
ıe iturum eſſe profiteor li-
ne. — 1. D. N. AEL.
. EVFEMIAE P. F.
Caput illius margaritis
n, ad pectus cum ſtola.)(
)RIA AVGGG. Victoria
d. tenet crucem longiorem,
n colligit, a ſin. in area
in ima parte COMOB Æ.
ib.) *Guſſeme* III. p. 184.
— 2. D. N. AEL. MARC.
ΜIAE P. P. AVG. Idem
ornatum.)(*Eadem*, ſed
exergo CORMOB. Æ.
ib.) Conſt. Chriſtian. Tb.
Mdb. p. 560.) *Guſſ*. ib. —
N. AEL. EVPHEMIA . . . . .
ib. ex *Mdb*. ib.) *Spanhem*.
p. 315. AEL. MAR. EV-
IA, cui Iuſtini vulgo Thra-
ır.

RATES (*ſic*) in numo Tra-
ud *Occonem* p. 215. et *Har-*
)per. Sel. p. 56. in quo pons
mpoſitus ad deducendas in
m Meſopotamiamque copias,
Xiphilino. vid. *Euphrates*,
) flumine multa *Plinius* L.
20.

enes magiſtratus nomen. Ae-
Ciliciae. *Eckhel*. Cat. I. p.
Haym. Th. Br. II. p. 341.
04. *it*. p. 342. 343. et alibi.
Τ. — ΕΥΓ. — ΕΥΓΕΝΟΥϹ.
ΓΕΝΕΟΥϹ.

enius tyrannus Theodoſii M.
genere Francus, rhetor olim
nmaticus, ab Arbogaſte, qui
inianum occiderat, Impera-

tor factus eſt in Galliis, Ao. Chr. 392. et ingenti exercitu contra Theodoſium miſſus. Pugnatum primo eſt prope Aquileiam vario Marte; poſtridie vero, collatis iterum ſignis, Eugenii copiae non ſine diuino numine, fractae iam ad Theodoſium defecerunt, vinctumque Imperatori tyrannum exhibuerunt, qui ſtatim ad eiuſdem pedes occiſus eſt poſt annos duos et menſes aliquot tyrannidis vſurpatae. Arbogaſtes, qui ſecutus fuerat ſemper Eugenium, fuga lapſus, non multo poſt ſe ipſum interfecit. *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 14. fg. 7. p. 73.

Eugenii numi cum *Auguſti*. P. X. 392 ad 394. adſumto titulo *aerei* rariſſimi, *argentei* rari *aurei* rariores. Quos vero Auguſtos aurei: VICTORIA AVGG. *al*. AVGVSTOR. *al* AVGVSTORVM inſcripti, praedicant? an Theodoſium M. cum Eugenio iungant, quod tyrannus concepiſſet fore vt ipſi Occidente cederet Theodoſius, et ignominioſam pacem, quam incertum bellum mallet; an vero monetarii adeo imperiti fuerint, vt cum nouos typos cudere nequirent, veteribus vterentur, videant peritiores. a) *Aurei*. 1. D. N. EVGENIVS P. F. AVG Caput Eugenii diademate ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.)(VICTORIA AVGG. Imperatores duo ſedentes a fronte, vna globum tenent, Victoria ſuperne media, ad pedes inter vtrumque laurus emergens, in ima parte COM. *Band*. II. p. 542.) *Guſſeme* III. p. 185. n. 5.) M. *Theup*. p. 358. — 2. *Alius*, ſed abſque lauro, in area a d. L. a ſin. D. in imo COM. *Band*. ib) *Guſſ*. ib. — 3. *Al*. cum CON. inferne, et abſque litteris in area, eodem typo vtraque ex parte. *Band*. ib.) *Ducang*. Conſt. Chriſt. p. 61. — 4. *Al*. ſed in area a d. M. a ſin. D. in imo exergo COM. *Band*. ib.) *Guſſ*. ib.) *de Bie* Tb. 60.) *Muſell*.

 Suppl.

Suppl. Tb. 63. fg. 2.) M. *Pembrok*. I. Tb. 26. fg. 8. — 5. *Ead. epigr*.)(VICTORIA AVGG. C. CON. Duae figurae ſedentes, dextris globos tenentes, quibus Victoria lauream imponit. *Band*. ib.) *Mdb*. 521.) *Strada* 207. — 6. *Ead. epigr*.)(VICTORIA AVGVSTOR. TR. COM. Victoria gradiens, d. elata cum laurea, ſ. palmam. *Band*. ib.) *Mdb*. 521.) *Guſſeme* n. 6. — 7. *Ead. epigr*. Caput Eugenii diadematum cum margaritis.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens, d. lauream, ſ. palmae ramum, in area M. D. infra CON. Quin. *IV*. *Eckhel*. Cat. II. p. 518. — 8. *Al*. ſed in area T. a ſin. R. in ima parte COM. *Bandur*. ib.) *Ducang*. Conſt. Chriſt. Tb. 19.) *Guſſ*. n. 6. — 9. *Al*. ſed abſque litteris in area, in imo exergo TR. *Band*. ib.) *Mdb*.

b) *Argentei*. 10. D. N. EVGENIVS P. F. AVG. Huius caput.)(GLORIA ROMANORVM. Imperator ſtans, d. tenet labarum, in ima parte MDPS. max. mod. *Band*. II. p. 524.) *Guſſeme* III. p. 185. n. 1. — 11. *Ead. epigr*.)(VIRTVS ROMANORVM. Fig. muliebris ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. *Band*. ib.) *Mdb*. 520. — 12. *Ead. epigr*. Caput Eugenii laureatum, ad pectus cum paludamento.)(*Ead. epigr*. Mulier galeata et ſtolata ſpoliis inſidens, d. victoriae ſignum globo impoſitum ſuſtinet, ſ. adnititur haſtae ferratae inuerſae, infra MDPS. *Band*. ib.) *Guſſ*. ib. n. 7. — 13. *Ead. epigr*. Caput Eugenii corona ex margaritis et gemmis cinctum, ad pectus cum paludam.)(*Ead. epigr*. Mulier galeata thoraci inſidens, d. victoriolam, ſ. haſtam, in imo exergo MDPS. *Band*. II. p. 523. 524.) *Eckkel*. Cat. II. p. 518. — 14. *Alius* cum TRPS. in imo, eodem typo vtraque ex parte. *Band*. II. 524.) *Beger*. Th. Br. II. p. 834.) *Guſſ*. ib. — 15. *Ead. epigr*.)(VRBS ROMA. Roma ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. *Band*. ib.) *Mdb*. 521. — 16. *Ead. epigr*. Caput Eugenii corona ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.)(VRBS ROMA. Fig. muliebris galeata et ſtolata inſidens ſpoliis, d. victoriae ſignum tenet globo impoſitum, ſ. haſtae adnititur, infra LVCPS. *Band*. ib.) *Ducang*. Tb. 19.) *Guſſ*. n. 8.) M. *Pembr*. III. Tb. 31. fg. 21. — 17. *Al*. ſed haſtae ferratae adnixa ſiniſtra. *Band*. ib. — 18. *Al*. ſed in imo LVC.ES. *Guſſ*. ib.) *Mdb*.

c) *Aerei formae tertiae*. 19. IMP. EVGENIVS P. F. AVG. Suſpectus eſt IMP. titulus, qui in numis illius aetatis nuſquam occurrit.)(SALVS PVBLICA. Victoria gradiens, d. lauream, ſ. captiuum crinibus trahens, in area Chriſti monogramma. *Band*. II. p. 525.) *Mdb*. 520.) *Guſſ*. ib. n. 2. — 20. D. N. EVGENIVS P. F. AVG. Caput Eugenii corona gemmata cinctum, ad pectus cum paludam.)(SALVS REIPVBLICAE. Victoria d. humero geſtat tropaeum, ſ. captiuum genuflexum adprehenſum capite tenet, in area monogr. Chriſti. *Band*. ib.) *Guſſ*. ib. n. 3. — 21. IMP. EVGENIVS P. F AVG.)(SAPIENTIA PRINCIPIS. Numus hic, ſi quidem Eugenii eſt, inter rariſſimos numerari debet, ſed Licinii eſſe exiſtimat *Band*. l. c.) *Occo* et *Mdb*. p. 520. eum exhibent exſcriptum, vt aiunt, ex *Ant. Auguſtini* Dialogis, vbi illum non reperi. *Guſſ*. ib. n. 4. — 22. D. N. EVGENIVS P. F. AVG. Caput diadematum cum margaritis.)(VIRTVS ROMANORVM. Victoria gradiens, d. lauream tenet coronam, ſ. palmae ramum; qui typus huic inſcriptioni iunctus non primum occurrit; in ima parte CON. *Band*. ibid.) *Ducang*. Conſt. Chr. Tb. 19.) *Guſſ*. n. 7.) *Mdb*. 520. — 23. IMP. EVGENIVS P.

AVG.)(VICTORIA
ſTOR. TR. COM. Victo-
liens d. elata cum corona,
ım. *Chiflet.* Veſont. P. II.
Mdb. 520. 521.

ENIVS. vid. SPECIOSVS
'S EVGENIVS ACHIL.
EREVS. Num. Contorn.
ımp. fg. 54. p. 119. 120.

ϸpa, id eſt, equitandi pe-
hyatirae fundatrix amazon.
Sel. Num. *Camp.* p. 55. ex
o.

lus agriculturam Achaeos
Nonn. ad *Golz.* Graec.
43.

ex Sauromata. *Haym.* Th.
p. 64.

nes Cardianus, Cappadociae
Antigono A. V. C. 438.
et necatus. *Haym.* ib. p.

Attali frater iuxta *Eutro-*
. IV. condidit *Eumeniam*
inter fines Lydiae et maio-
ygiae verſus Galatiam.

II. Pergami rex, poſſeſſum
9. regnum Attalo II. cum
ilii reliquit circa A. V. C.
Haym. Th. Br. II. p. 32.
Sevinus dans memoires de
des Inſcriptions Tom. XII.
ſq.

nia Phrygiae, *Stephano:*
, πόλις Φρυγίας, vel Cariae,
Stephano: Ἐυμένεια τῆς Καρίας,
ς Ἐυμενεύς. Addit *Holſten.*
b. p. 121. „Gentile olim
Ευμενείτης oſtendit *Plinius*,
. V. c. 29. *Eumeneticam*
egionem.

niae vrbi Phrygiae nomen
ttalus in honorem Eumenis
lphi. *Neumann.* Pop Num.
58. Condita vrbs iuxta *Eu-*
tropium L. IV. inter fines Lydiae
et maioris Phrygiae verſus Gala-
tiam.

A) *Autonomi:* 1. Caput viri ga-
leatum.)(ΕΥΜΕΝΕΩ... ΜΕΝΕ...
Victoria gradiens, d. lauream, ſ.
ramum gerit. Æ. *Criſtiani* Ad-
pend. ad Num. Graec. Tb. 1. fg.
5. p. 31 ſq. — 2. Caput Iouis
barbatum et laur.)(ΕΥΜΕΝΕΩΝ,
Eumenenſium intra lauream. M.
Pembrok. II. Tb. 10. fg. 6.) *Guſ-*
ſeme Diccion. III. p. 186. n. 1. —
3. ΕΥΜΕΝΕΙΑ. Caput muliebre tur-
ritum.)(ΕΥΜΕΝΕΩΝ ſupra flu-
uium recubantem cum cornucopiae,
ſub fluuio ΓΛΑΥΚΟΣ, *Glaucus* flu-
uius Cariae. *Froelich.* Not. El. p.
84.) *Harduin.* Oper. p. 57.) *Hol-*
ſten. in *Stephan.* p. 121.) *Span-*
hem. Pr. p. 890.

B) *Imperiales* huius vrbis rari
ſunt admodum, nec in Vaillantio
praeterquam ſub M. Aurelio, Phi-
lippo Seniore et Ottacilia adnotan-
tur. Magiſtratum gerebant ſummi
ſacerdotes. Legitur:

a) *Nero.* 4. ..ΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ,
Nero Auguſtus. Caput Neronis
nudum.)(ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΙΟΥΛΙΟΣ
ΚΛΕΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΙΑΣ, *Eume-*
nenſium Iulius Cleon Summus Sa-
cerdos Aſiae. Iupiter ſtans, d. aqui-
lam, ſ. bipennem tenet. Æ. *Haym.*
Th. Br. II. Tb. 28. fg. 5. p. 236.

b) *Domitianus* forte. 5. Epi-
graphe extrita. Caput laureatum.
)(ΚΛΕΩΝ ΑΓΑΠΗΔΟΣ ΕΥΜΕΝΙΩ...
Figura togata ſtans, d.... in area
aſtrum. Æ 3. *Eckhel.* Cat. Muſ.
Caeſ. I. p. 198.

c) *Antoninus Pius.* 6. ΕΥΜΕ-
ΝΕΩΝ ΦΛΑΒΙΩΝ, *Eumenenſium Fla-*
uiorum, circum Victoriam et bo-
uem. *Harduin.* Oper. p. 57.) *Hol-*
ſten. in *Steph.* p. 121.) *Guſſeme*
ib.) *Spanh.* Pr. p. 771. ΦΛΑΒΙΩΝ
cognomen vrbi eſt a Flauio Veſpa-
ſiano inditum, qui Ciliciam, Ly-

 ciam,

ciam, finitimaſque regiones in prouinciae formam redegit, teſte *Suetonio* in eius vita c. 8.

d) *M. Aurel.* 7. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Eumenenſium Achaeorum*, quod ΑΧΑΙΩΝ vocabulum hic Graecos denotat. *Froelich.* Not. Elem. p. 84. vel ex mente *Harduini* Oper. p. 57. cognomen id Eumenenſium eſt, vt ab aliis eiuſdem nominis ciuitatibus, quae multae ſunt, ſecernantur; Achais autem ea regio adpellabatur, in qua haec *Eumenia* fuit, aut Lydiae proxima, aut ipſius Lydiae pars. Typus numi eſt amazon in equo, ſ. humero bipennem. Æ 2. *Guſſ.* III. p. 186. n. 2.) *Hard.* l. c.) *Haym.* Th. Br. II. p. 118. 119. obſ. *Kbellii* 76.) *Petit.* de Amazon. p. 254 et 286.) *Vaill.* Gr. p. 51. — 8. *Al.* eadem cum epigr. ſed Fortuna tutulata ſtans, d. temonem, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

e) *Philipp. Sen.* 9. ΕΠ. ΦΛ. ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙΕ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Sub Flauio Phiſico Pontifice maximo Eumenenſium Achaeorum.* Fortuna ſtans in templo quatuor columnarum, d. temonem. Æ mai. *Guſſ.* n. 3.) *Hard.* Oper. p. 57.) *Vaill.* Gr.

f) *Otacilia.* 10. ΕΠ. Φ. ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧ. Ἐπὶ Φλαυίου Φισικοῦ Ἀρχιερέως Εὐμενέων Ἀχαιῶν, *Sub Flauio Phiſico* etc. Fortuna ſtans, d. ſpicas et papauera cum temone, ſ. cornucopiae. Æ 1. *Guſſ.* ib n. 5. *Vaill.* Gr. — 11. *Al.* ΕΠ ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙ ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧ. Mulier cum calatho ſtans, d. ſpicas, ſ. cornucopiae. Æ 1. *Guſſ.* ib. n. 4.) *Vaill.* Gr.) *Hard.* ib.

Eumenides, Gr. Εὐμενίδες, ab Εὐμενὴς, *Beneuolus*, quaſi quae minime beneuolae ſunt, ita dictae Furiae non alatae, ſed veſtitae et faſcibus ac flagellis, aut etiam ſerpente armatae, quales occurrunt in antiquis aliquot numis, memorante *Spanhem.* Pr. I. p. 260. — Vel *Canopus* feminini generis ſic adpellatur. *Iobert.* dans Science d. Med. I. p. 369.

EVNAMO. litteris Gothicis ſcriptum. v. *Gothici* numi.

EVOIN. XIR. in barbaris tetradrachmis, de quibus *Neumann.* Pop. Num. I. p. 143.

Eupator, Gr. Εὐπάτωρ, *bono, vel nobili patre natus.* Conf. *Galland.* Diction. vocabulo Εὐπάτωρ. — Hoc cognomento vſos fuiſſe duos Ponticos vel Boſporanos reges ex eorum numis et aliunde diſcimus: ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ, *Regis Eupatoris.* Caput diademate inſignitum.)(ΑΝΤ. *Anno* 459. Capita nuda, quae oſtenduntur, videntur eſſe M. Aurelii et L. Veri. *Morell.* Specim. Tb. 7. p. 91.) *Froelich.* Num. Reg. p. 103. — *Eupatorem* hunc tributarium fuiſſe, et imperata in Bithyniam per legatos miſiſſe, patet e *Luciani* Pſeudomante. Duo capita in numo barbara manu expreſſa non adeo dignoſci poſſunt, vt pro certo ſtatuere poſſimus, vtrum Antonini Pii et M. Aurelii; vtrum M. Aurelii et L. Veri ſint.) *Spanhem.* Pr. I. p. 490. *it.* ad Iuliani Caeſſ. p. 421. ad Mithradatem VI. Eupatorem Ponti regem refert, qui in aliis legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ, Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 66. n. 4. 5. 6. — Mithradatem tamen *Magnum* et *Eupatorem* cognomine, Seleucidarum aera vſum eſſe, quippe qui Romanis infenſus fuerit, numiſma comprobat: ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΒΙΣ, *Mithradatis Eupatoris Ao.* 212. Nam ſi 212. addas aerae Seleucidarum 442. conficitur annus V. C. 654. qui congruit cum temporibus huius Mithradatis. *Froelich.* Not. Elem. p. 32. — *Alius* eiuſdem Mithradatis numus, nota Δ. inſignis, annum eius regni *Quartum* indicat. *Spanbemius* aeram Ponticam deducendam cenſet a primo

mo Mithradate κτίςῃ, *Conditore*, ſeu fundatore regni, quem *Morellius* ad annum V. C. 448. retulit. Conf. *Froelich.* Not. Elem. p. 154. cum epochae numeris 209. 212. 219. 221. 222. 223. 224. qui reſpondent annis ante Chriſtum ab 69 ad 74 vel 73. De cognomento *Appian.* Mithridat. p. 176.

Eupator, rex Boſpori Cimmerii. ΒΑ. ΕΥ. ſupra ΝΟ. infra ΚΔ. intra coronam.)(ΚΑΠΕ. Καπετώλιον. Templum quinque columnarum. Æ 2, editus a *Froelichio* Animaduerſ. p. 81 ſed ibi perperam *Eumeni* Pergameni regi tribuitur, *Eckhelius* vero Catal. Muſ. Caeſ. Vind. I. p. 135. *Eupatori* Boſpori regi adſcripſit cum *Clary* ob ſimiles alios Boſporanos. *Froelich.* Not. El. p. 166.

Eupatoris ſimiliter adpellatio tributa Antiocho V. Syriae regi, Antiochi IV. Epiphanis filio, qui thronum conſcendit 149. aera Seleucidarum, 164. ante Chriſtum. in *R* 1. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ apud *Vaill.* Hiſt. Reg. Syr. p. 228. et *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 7. p. 55. *it.* Not. Elem. Tb. 13. fg. 9. p. 168. quodque cognomen ei inditum a Lyſia poſt parentis miſere exſtincti obitum, dicitur a Macchabaeorum ſcriptore L. II. c. 2. vſ. 11. a Syris autem ob patris virtutem, iuxta *Appian.* Syriac. p. 117. quaſi felix eſſet, cui talis pater contigiſſet. vid. *Antiochus* V.

Eodem cognomento occurrit Arsaces I. Parthiae rex: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. *al.* ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ. *Froelich.* Not. Elem. p. 177. n. 2. 6. vid. *Arſaces* I.

Eupatoria Ponti vrbs iuncta amiſo oppido quam Pompeius a ſe *Magnopolim* adpellauit, teſtibus *Appiano* et *Strabone.*

Eupatria, vrbs Lydorum iuxta *Stephanum* Ευπάτρια, πόλις Λυδῶν, οἱ πολῖται Ευπατρεῖδαι, μᾶλλον δὲ Ευπατρεῖς. *Goltzius* Theſ. p. 214. et *Harduin.* Oper. p. 57. ex eo Veſpaſiani numum adfert: ΑΥΠΑΤΡΙΔΩΝ ΜΗΤΡΟΠόλεων, ſed putat *Holſten.* ad *Steph.* p. 121. in numo fuiſſe ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ, vt in alio Veſpaſiani numo apud *Golz.* l. c. legitur. Grammatici autem, quorum fidem *Stephanus* hic ſequitur, nomen patronymicae formae cum gentili confudiſſe videntur; nam Ευπατρίδαι proprie dicebantur Athenienſium nobiliſſimi.

Euphranor ſtatuarius laudatiſſimus Iſthmius, plurima ſigna nobiliſſima ex aere confecit, quae enumerantur a *Plinio* L. XXXIV. c. 8. Idem et pictor et marmorarius fuit, in vnoquoque genere excellens, ſibique aequalis. vid. *Bonus Euentus.*

Euphratis regio eadem quae Syria, a vicino fluuio Euphrate, qui cum Araxe fratre ex monte Armeniae profluit. *Stephano*: Ευφρατίς, ἡ Συρία. *Holſten.* in *Steph.* p. 122.

Euphrates fluuius Meſopotamiae, quem *Strabo* ſcribit ex Niphate monte Armeniae magnum, profundum et celerem naſci, influere autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, et Tygri coniunctum Meſopotamiam facere. Dictus autem putatur *Euphrates*, quod et *Ambroſius* adnotauit, ἀπὸ ἐυφραίνειν, a laetificando, propterea quod circumiacentem agrum ſtagnationibus ſuis adeo laetum fecundumque reddat, vt ſequente anno ſponte creſcat et proueniat ſeges. — *Euphrates* fluuius emergens pro pedibus genii ſcopulis inſidentis. n. Samoſatenſ. — Scribitur EVFRATES in n. Traiani apud *Occonem* p. 215. apud alios vero rectius :

EVPHRATES. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. ad pontem amni impoſitum, in quo Imp. cum militibus eum ſequentibus, infra figura fluuii recumbentis, d. vrnam cum temone. *Mdb* p. 162.) *Guſſeme* III. p. 187. *et* VI. p. 409. n. 57. — In *alio* eiuſdem Traiani cum epigr. ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE. Imperator d. haſtam, ſ. parazonium gerens, ſtat inter duas fluuiorum *Euphratis* nimirum et Tigris figuras, humi procumbentes, pedibus proculcans figuram prouinciae. Æ 1. Traiani. *Guſſ.* III. 181 et VI. 405. n. 22.) *Vaill.* Pr. I. p. 47.) *Woltereck.* El. Num. p. 105. vid. ARMENIA etc. — TR. P. VII. IMP. VIII. COS. III. Aurelius et L. Verus ſtantes; ille conculcat Tigrim fluuium, hic *Euphratem*, ambo a Victoriis coronantur; in medio ad eorum pedes captiuus genuflexus reuinctis poſt terga manibus. Æ max. L. Veri. *Guſſ.* III. p. 144. *Antiochia ad Euphratem* ſeu ad Tauri montem, cuius pedem *Euphrates* adluit, in n. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΕΥΦΡΑΤΗΝ, *Antiochenorum Ad Euphratem.* *Guſſ.* III. p. 187. vid. *Antiochia.*

Euphroſyne vel Hilaritas, Gr. Ἐυφροσύνη, vna Gratiarum, ſoror Aglaiae et Thaliae. *Vaill.* Col. II. p. 18.

Eupolemus, Eleus patria, celebris victor in ludis Olympicis, vicit Pythia et Nemea, de quo *Pauſanias* L. VI. c. 3. et VIII. c. 45. — Tria ſibi impoſita ſcuta.)(ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ, *Eupolemi.* Pharetra. *Haym* Th. Br. II. Tb. 7. fg. 7. p. 78 ſq.) *Froelich.* Not. El. p. 234. Protritum eſt, ſcuta, pharetram, quae in n. ſpectantur, vt coronas et id genus alia athletis ceſſiſſe praemia. Qui hoc in argumento plenius inſtrui cupit, eruditas tres diatribas *Burete* dans Mem. pour ſervir à l'Hiſtoire des Athletes conſulat, operibus Academiae inſcriptionum et elegantiorum litterarum Pariſiis editis, Amſtelodami autem recuſis, inſertas.

Euporus a) ſeruus C. Gracchi, qui dominum ex Auentino fugientem, qua potuit ratione tutatus eſt, ac ſuper occiſum, animam euulſis proprio vulnere viſceribus effudit, ex *Macrob.* — b) Praetoris nomen apud Cyzicenos: ΕΠΙ ΣΤΡ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΕΥΠΟΡΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ, *Sub Praetore Iulio Euporo* etc. n. Sept. Seueri. *Vaill.* Gr. — c) Praetoris Metropolitarum vel Ioniae, vel Phrygiae: ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΕΥΠΟΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Euporo* etc. Æ 2. Gallieni; *it.* Saloninae; *Band.* Impp. I.) *Harduin.* Oper.) *Patin.* Theſ.) *Vaill.* Gr. — ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΕΥΠΟΡΟΥ Β. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ, *Sub Pr. Aur. Euporo Iterum Metropolitarum.* Æ max. Valeriani Sen. Muſ. *Alb.* II. Tb. 82. fg. 2. p. 45.

EVR. *Europa.* EVR. ASI. AFR. *Europa, Aſia, Africa* in aureo Cocceii Neruae numo, in memoria diuiſionis prouinciarum inter Auguſtum ac ſenatum populumque. *Guſſeme* III. p. 188.) *Mdb.* p. 32.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 15. fg. 10. p 76.) *Spanhem.* Pr. II. p. 213. vid. *Cocceia* gens.

Eureſippus magiſtratus Abderae Thraciae. ΕΠΙ ΕΥΡΗΣΙΠΠΟΥ, *Sub Eureſippo.* *Peller.* Tb. 33. fg. 4.

Euricles magiſtratus Lacedaemonis ΕΠΙ ΕΥΡΙΚΛΕΟΣ, *Sub Euricle.* *Arigoni.*

Euripylus, cuius hiſtoriam in numis ſuis conſignarunt Patrenſes, vt Corinthii Bellerophontis memoriam in plurimis numis renouarunt. — Euripylus in Troiae excidione cum arcam inueniſſet, ea aperta ſtatim vt ſimulacrum adſpexit, mentis impos factus, Delphos perrexit, et ab oraculo reſponſum accepit,

pit, ipſum quo in loco homines offendiſſet peregrino ritu ſacrum facientes, furoris morbo liberatum iri, ſi ibi arcam expoſitam dedicaret et ipſe ſedem ſuam ſtatueret. Ventis Patras delatus, incidit in tempus, quo puer et virgo ad Triaclariae Dianae aram mactarentur. Fortuitus rei euentus Euripylum et ſacra infamia oppidanos liberauit. Patrenſes illum ex patriis antiquitatis monumentis norunt, ipſi parentalia faciebant anniuerſaria poſt Liberi Patris ſacrum. — In Patrenſium numis figura virilis nuda ſacrificans ſuper aram, d. pateram, ſiniſtram imponens capiti cuiuſdam ſimulacri in quadratam formam deſinentis Sic Eurypylus Diis gratias agens ob vſum mentis recuperatum, ſimulacro Liberi Aeſymnetis, cui manum imponit, dedicato ſacrificat. Deo enim, qui in arca fuerat abditus, cognomen erat Aeſymnetes. *Vaill.* Col. I. p. 205.

Eurome vrbs Cariae, *Plinio* L. V. c. 29. *Eurome*; *Stephano* Εὐρώμη, ſic dicta ab Euromo Idriaei filio. — ΖΕΥΣ ΕΥΡΩΜΕΥΣ ΕΥΡΩΜΕΩΝ, *Iupiter Euromeus Euromeorum.* Æ 2. Caracallae. *Guſſeme* III. p. 187.) *Harduin.* Oper. p. 57. vid. ΕΥΡΟΜΕΥΣ.

Euromeus Iouis epitheton. vid. *ibid.*

Europa Agenoris Phoeniciae regis, vel Phoenicis filia, a Ioue ob eximiam formam adamata, quam ſub tauri imagine ex agro vrbis in Cretam rapuit; illa deinceps a Sidoniis pro dea habita et *Sidonis dea*, ΘΕΑ ΣΙΔΩΝΟΣ, adpellata. *Lucian.* de dea Syria. — Inde Auguſti, Claudii, Neronis, Traiani, Hadriani, Elagabali, Anniae Fauſtinae, Alex. Seueri a Sidoniis perčuſſi numi habent Europam tauro, boui videlicet, inſidentem, ambabus velum manibus ſupra caput volitans ſuſtinentem. *Morell.* Theſ. Impp. II. p. 34.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 799.) *Vaill.* Col. Num. I. p. 106 *et* II. p. 89. 104. 123. — Alii numi Aſtarten et Europam eandem Sidoniorum deam deſignant, ſed Aſtarte plane ab Europa eſt diſſimilis. Conf. *Schlaegeri* Europae raptus p. 8. et de fabulae adumbratae ſenſu, ſeu de eo, quod ſub Europa tauro vecta abſcondiderunt veteres. *ib.* p. 39 ſq. — *Lucas Cuperus* in libro, cui titulus: Παρατίτλα τῆς χρονολογίας etc. Amſtelod. 1721. p. 365 ſq. Moſen, Tzipporam ex Midianis terra abducentem, in ea quaeſiuit et reperiſſe ſibi perſuaſit. — *Iac. Tollius* in Fortuitis, Amſt. 1687. editis, in quibus tota fabularis hiſtoria Graeca, Phoenicia, Aegyptiaca ad Chemiam pertinere adſeritur, vbi p. 191. Iupiter nempe *taurus* ſpiritum *Tollio* denotat igneum, *Agenori* vel lapidis philoſophici ſtudioſo, praeter ſpem opinionemque omnem cariſſimam, ex parentum ipſorumque labore ſuſceptam, filiam, diuitias aufert, in fumum abiens aëremque. — Plurimi rerum mythicarum interpretes haec fabuloſe narrata de Cretenſium quadam aduerſus Phoenices expeditione interpretantur; in nomine tamen ducis, qui bellum illud adminiſtrauit, diſcordes. *Taurum*, e Cnoſſiis oriundum, regnante in Creta Aſterio, cum exercitu aduerſus Phoenices miſſum, Tyriorum vrbe expugnata, inter praedam Agenoris filiam, *Europam*, abduxiſſe, vnde poſtea Iouem in taurum tranſmutatum exſculpſerint poetae, non modo *Ioa. Malelae* in Hiſtoria Chronica p. 34 ſq. ſed etiam veterum eſt opinio haud paucorum, quos adduxit *Io. Meurſius* in Creta L. IV. c. 14. — Maior contra, eaque melior veterum pars, referente *Bannier.* Hiſtor. Fabular. expoſit. Tom. II. p. 26 ſq. contendit, Iouem, Cretae dominum, naui, cui pro ſigno taurus, aduectum violenta manu Europam Tyriis eripuiſſe, cuius fabulae natales *Sam.* *Bo-*

Bochart. Geogr. Sacr. L. I. c. 28. Tom. I. Oper. p. 542. in vocis אלבא ambiguo ſenſu ponit; quippe cum et *nauim* ſignificet et *taurum*; hinc fabulam conditam eſſe a linguae non ita gnaris, coniicit. *Pollux* Onomaſtic. L. I ſegm. 83. „Sunt et Lybicae naues, quas arietes hircosque vocitant, vnde veriſimile videtur etiam *taurum* illum, *Europae raptorem* eiuſmodi *nauim* fuiſſe. — *Feſtus* vocabulo *Europa*: „Alii eam a praedonibus raptam, et nauem, quae Iouis tutelam *effigiem tauri* habuerit, in eam regionem eſſe delatam. — *Fulgentius* Mythologic L. I. c. 25.„ *Europam in tauro* rapuiſſe fertur, id eſt, in *nauem tauri picturam habentem* — Qui fabulae ſenſus quanto videtur antiquior ſimpliciorque, tanto minus fidem merentur, qui *tertiae orbis terrarum parti* cultiſſimae dicta Europae fata indidiſſe adfirmant. Quod ita abſonum iudicarunt viri eruditione graues, vt dudum aliam circumſpexerint nominis, noſtrae peninſulae proprii, deriuandi rationem commodiorem.

Europa tauro inſidens, peplum ſinuoſum vtraque manu explicat. n. Cnoſſiorum. *Wilde* Sel. Num. Tb. 6. fg. 38. p. 55. vid. *Cnoſſus.*

— — n. Amphipolis Syriae. *Peller.* Tb. 76. fg. 1. pariter in Auguſto, Tiberio, Caligula, Fauſtina Iun. vid. *Amphipolis* Syriae vel Macedoniae. *Hauercamp.* ad *Morell.* Impp. Tom I. p. 396. 702.

— — n. Byzantii. n. Sept. Getae, Elagabali, Alex. Seueri. v. *Byzantium.*

— — n. Calaguris. *Velazques* Enſayo Tb. 9. fg. 6. p. 85. 92.

— — n. Cretenſium in M. Aurelio; *it.* Caracalla. *Vaill.* Gr. et Adpend. Gr. Tb. 4.

Europa tauro inſidens, n. Gortynae Cretae. *Morell.* Impp. I. p. 702.

— — Sidoniorum rari ſunt numi autonomi, qui ingenioſam hanc Iouis rapinam ſiſterent. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 15. fg. 11. p. 281. 282. — *it.* n. Claudii, Neronis, Traiani. *Morell.* Impp. II. p. 34.

— — n. Syracuſae. *Guſſeme* III. p. 188.

— — n. Valeriae gentis. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. Tb. 1. fg. 14.

— — n. Volteiae g. *Morell.* Fam.) *Vaill.* Fam.

— — ſed et infra delphin. Æ. 2. Amiſi Ponti in Corn. Saloniao. *Baud.* I. p. 263.) *Vaill.* Gr.

— — ſed duo delphini inferne. n. Cnoſſi. *Guſſ.* III. p. 188.

Europa tauro decurrente inſidens, velum manibus ambabus explicat, adiectis in auerſa n. aerei parte litteris. ΕΥΡ. vid. *Cnoſſus* Cretae.

Europa, Gr. Ευρώπη, orbis pars, non ab Europa Agenoris filia, deriuatur, vt quidam autumant, ſed *Sam. Bochart.* et *Andr. Dacerius* ad Feſt. p. 134. et ad *Horat.* Lib. III. od. 27. ſuſpicati ſunt, eam appellationem eſſe deducendam a Poenorum הור אבא *Vr appa*, voce λευκοπρόσωπον denotante, quia Europaei Africanos candore faciei multum ſuperant. Perbene *Wachterus* Gloſſ. Germ. p. 399. „Quid ſi *Europa* ſit terra *illuſtrium*, ſicut *Aſia* eſt patria deorum, et *Africa* regio ſimiarum.„ Alias Europae deriuationes collegit *Schlaeger.* de raptu Europae p 41. 42. — Europa quid complectatur. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 39.

EV-

ΕΥΡΥΠΥΛΟϹ loco Ἐυρύπυλος, *Eu-pulus*, permixtis Graecorum et :inorum litteris, vel V pro Y ito. Muſ. *Pembrok.* II. Tb 44. 4.

Eurydicea ciuitas incerti ſitus, ſan nomen ducens ab Eurydice phei vxore. — Caput muliebre latum.)(ΕΥΡΥΔΙΚΕΩν, *Eury-enſium.* Tripos. Æ.) *Guſſeme* ction III. p. 188.) Muſ. *Pem-k.* II. Tb. 38. fg. 7. Eundem o numum ad

Eurydycium Elidos rectius re-t *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p.). Caput pariter in eo velatum liebre.)(ΕΥΡΥΔΙΚΕΩΝ, Tripus, 3.

Eurypylus heros. Plures alios Idem Eurypylos in Traiana ex-ditione legimus, ſed cuius aereum mum profert *Spanbem.* Pr. I. 504. iami e ſorore et Telephi eſt filius, de Telphides etiam dictus, pro roianis dimicans interfectus eſt. iberbis ac decora facies c. epigr. ΕΥΡΥΠΥΛΟϹ ΗΡΩϹ, *Eurypylus He-s.*)(Templum cum pyramidos tar Paphiae Veneris effigie et no-ne ſubſcripto ΠΑΦΙΑ. Circum ΡΓΑΜΗΝΩΝ ЄΠΙ ϹΤΡΑ ΠΩΛΛΙΩ-'C, *Pergamenorum Sub Praetore lione.* *Froelich.* Not. Elem. p. 1.) M. *Pembrok.* II. Tb. 44. fg. *Guſſeme* III. p. 189 et V. p. 1. n. 5. — Occurrit ſimilis pla-numus in gaza Medicea cum iiſ-n ſymbolis ac nominibus, niſi d loco ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ legatur ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, ſed exeſa illa in-iptio, vnde Pergamenis omnino uendus, non Salaminiis Cypriis, *rduino* obſeruante. *Pauſanias* an L. I. p. 8. a Telepho ex Ar-lia deductam Pergamum colo-am tradit; in cuius originis me-riam primi conditoris ſui filius, rypylus, Telephi filius ſeu Tele-ides, olim circa Pergamenum rum dynaſta, publico aere a Per-menis ſignatus eſt. A forma et fortitudine celebratur Ἥρως ab *Ho-mero*, prout et in numis *Heros* dictus.

Euſebes dicti a Seleucidis Antio-chus VII. apud *Golzium* et Antio-chus X. in numis. *Spanbem.* Pr. I. p. 441. — Idem Ariarathes rex Cappadociae. *ibid.* p. 441. 472. 473.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70.) *Froelich* Not. Elem. p. 187. 188.) vid. *Ariarathes.* — vel *Pius* Anto-ninus ita cognominatus, ac dein eius ſucceſſores. *Spanbem.* Pr. I. p. 441. et paſſim. Confer. *Galland* Diction. vocabulo Ἐυσεβής.

Euſebia certamina Puteolis in honorem Hadriani. *Spanbem.* Epiſt. V. ad *Morell.* §. 6. et 12.

Euſebia a duobus Cappadociae regibus *Euſebes* cognominatis dicta, olim Caeſarea Cappadociae cum ſi-gno montis Argaei celebris, in nu-mis ΕΥΣΕΒΙΑΣ, *al* ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΚΑΙ-ΣΑΡΕΙΑΣ, *Euſebiae Caeſareae*, ſerius forte addito nomine *Caeſareae* in Caeſaris honorem. *Froelich.* Not. Elem. p. 84. 188.) *Spanbem.* Pr. I. p. 473.) *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 64. vid. *Caeſarea* Cappadociae. — 1. Caput Palladis galeatum ad d. cum mon. [180] recuſus numus.)(ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. Scopulus, infra mon. [181] Æ 1. Muſ. *Hunter.* Tb. 27. fg. 14. p. 141. — 2. Ca-put Palladis galeatum.)(ΕΥΣΕ-ΒΕΙΑΣ. Galea, vel trideris. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 10. fg. 7.) *Guſſeme* III. p. 189. qui vero du-bius, an ad Tyanam Cappadociae referendus ſit numus, quae Ἐυσέ-βεια πρὸς τῷ Ταύρῳ, *Euſebia Ad Tau-rum* montem. *Spanbem.* Pr. I. p. 598.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 291. — 3. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΚΑΙΣΑ-ΡΕΙΑΣ. Mons Argaeus, Mazacae vicinus, apud *Seguin.* et *Iobert.* II. p. 241. — 4 ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ Κ. Ε. po-ne templum. *Froelich.* Not. Elem. p. 188. 189. *Hieronymus* in Chro-nico putat, Mazacam a Tiberio *Ceſaream* dictam.

Euſe-

Euſebia (Flauia Aurelia) conſularis viri filia, Conſtantii Iun. iuxta quoſdam prima vxor, ſecunda iuxta alios. *Golzius* tantum huius Auguſtae meminit: FLAVIA EVSEBIA AVGVSTA *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 408.

Euterpe Muſa ab εὖ et τέρπω, a *ſuauitate concentus* dicta, quaſi belle delectans. Haec tragoediam inueniſſe dicitur. Ipſius in denario Q. Pomponii caput laurea coronatum, et ipſa ex)(ſtans bifrons hominis et feminae, quod hominum, vt et feminarum geſta exhibeat tragoedia, d. clauam Herculis tenet, qui huic deo comoedia dicata, vt ex *Ariſtophanis* comoedia intelligitur, quae Βατραχοι inſcripta eſt; perſonam ſ. tenet, quae tragoediam a comoedia diſtinguere videtur; nam in illa reges et principes, nonnumquam hiſce temporibus heroes et dii, ſub perſonis et in comoedia humiles et priuatae perſonae. Adſcripta eſt vox MVSA *Morell.* Fam. Pomponia.) *Vaill.* Fam. Pompon. fg. 17. vid. *Pomponia* g.

Euthane iuxta *Pomp. Melam* inter Cnidum et Ceranicum ſinum in receſſu poſita, *Stephanus Euthenas* vocat: Εὐθῆναι πόλις Καρίας, *Euthenae, oppidum Cariae. Plinius* autem L. V. c. 29 *Ethenen* Doridis in ſina ab *Eutanen* Cariae diſtinguit. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 84. — Ex *Golzii* Theſauro p. 215. ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ, *Harduin.* Oper. p. 56.

EVTHIMIVS athleta. v. *Euthymius.*

Euthycrates, Gr. ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ in Æ 3. triumuirorum ab Epheſiis legitur magiſtratus. vid. *Epheſus.*

Euthymius Hieronica inſignis in numis contorniatis apud *Hauercamp.* 58 98. 99. 100, 116. 117. 133. — viuus, vt deus cultus. *ibid.* p. 58. 59. 117. 118. — Graecis ſcribitur ΕΥΘΥΜΟΣ, multaeque de illo ſeu hiſtoriae, ſeu fabulae apud *Pauſaniam* Eliacorum L. II c. 6. et *Plinium* L. VII c. 47. alioſque narrantur. Conf. *Ducang.* diſſ. de Num. inferioris aeui p. 44. — Floruit *Euthymius* Xerxis temporibus. Hic ſeu ſub habitu eiuſdem Nero repraeſentatur tanquam Olympionica victricibus inuectus quadrigis, d. flagellum cum corona tenens, ſ. palmam, capita equarum palmae item ornant, et lemniſcus ex duobus item palmae ramis in inferiore parte conſpicitur. In circuitu EVTHYMIVS legitur. Num. Contorn. Neronis. *Hauercamp* Contorn. fg. 4. p. 56 ſq.) *Erizzo* Diſcorſo ſopra le Medaglie de gli Antichi, qui in anticae circuitu cerni teſtatur inſcriptionem: IMP NERO CAESAR AVG. P. MAX. — *Eadem* capitis Neronis epigraphe.)(Idem quadrigarum typus, ſed ſcriptum EVTVMIVS. *Hauercamp.* ib. fg. 16. p. 83.) *Guſſeme* V. p. 216. n. 25. *Mdb.* p. 93. — *Al.* Neronis, circum cuius caput: IMP. NERO CAESAR AVG. P. M.)(EVTHYMIVS in quadrigis, vel ipſe Nero. *Hauercamp.* ib. fg. 57. p. 133.) *Triſtan* I. p. 217.) *Mdb* p. 93. ſed EVTVMIVS. — Idem *Mdb.* in Nerone p. 94. ſimilem citat ex *Patini Suetonio* p 304. et deſcribit numum, verum non addito nomine athletae, et cum hac capitis epigr: NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. II. P. P. — *Al.* Neronis cum victoris nomine EVTYMIVS. Imp. Nero d. telum, ſiue iaculum, quod aliis flagellum videtur, ſ. palmam praeferens, in curru a quatuor equis cum palmis in capitibus tracto, quo ſchemate Neronis e Graecia reditum, de quo *Sueton.* in eius vita c 25. deſignari exiſtimat *Oiſel.* Sel. Num. p. 486. ad Tb. 98. fg. 8.) *Guſſeme* III. p. 189. — Similes huiuſce numos *Traiani* adfert *Hauercamp.* ib. fg. 31. p. 99. ex *Angeloni* Opere p. 100. n. 26. cum athletae victoris denominatione EVTHIMIVS ſcri-

:ripta, qui quatuor itidem equis almiferis vectus.)(TRAIANVS . F. AVG. Capite laureato. — *U.* eadem cum capitis laureati epiraphe, ſed addita eſt ſtella ad Traini mentum, et athletae, qui cura triumphali vehitur, nomen ſcriturn: EVTYMIVS. *Hauercamp.*). fg. 37. p. 102.) *Guſſ.* III. p. 39 et VI. p. 409. n. 58.) *Mdb.* . 149.) *Triſtan.* I. p. 385. — *U.* ſola inſcriptione Olympionicae iſſert, nam legitur circum quadrias EYTIMIVS. *Hauercamp.* ib. fg. 8. — TRAIANVS P. P. AVG. :aput Traiani laureatum, iuxta ranus inciſus.)(EVTYMIVS. Auiga in quadriga equorum palmatoum, d. flagellum, ſ. palmae ramum, nfra ⩍ cum duobus foliis aut ramis. :ontorn. *Cimel. Vindob.* II. Tb. 7. fg. 2.) *Eckhel.* Cat Muſ. Caeſ. I. p. 558. n. 17. cui in imo corona, loco ⩍, inter duos palmae ranos, ſupra globus velut in aere.

EVTIMI VINCAS. Quadriga, a qua vir triumphantis ſpecie d. oronam. ſ. palmam gerens.)(IONORIO AVGVSTO. Caput Ionorii corona ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamen), in area ℞ ex P et E conflatum ion. [73] Æ max. Honorii. *Band.* . p. 539. depictus, ſed p. 543. ionogramma Chriſti eſſe perperam xiſtimat) *Guſſeme* III p. 189. ſed VTYMI ſcriptum; *it.* IV. . 97. n. 3. rectius EVTIMI :c.) *Hauercamp.* Num. Contorn. :. 53. p. 116.) *Ducang.* diſſ. : inferioris aeui numiſmatibus i numiſmatis huius explicatioem p. 43. „Longe alterius generis ſunt numi, ad virorum illu:rium, qui prioribus ſaeculis vixeunt, reuocandam memoriam cuſi b Imperatoribus, quorum alii ine *reuocati*, alii *contorniati* ab anquariis adpellantur. Prioris genels multo plures habentur ab ipſoior Auguſto et ſucceſſoribus cuſi, e quibus hic non eſt ſermo; poterioris vero tum primum occurrunt poſt Conſtantini M. aeuum, atque adeo circa Honorii tempora, in quibus primas tenet aereus ille medallio, in cuius antica parte idem Auguſtus maiori habitu faciei effingitur cum inſcr. HONORIO AVGVSTO, in poſtica expreſſus conſpicitur vir triumphantis ſpecie laurea caput cinctus, d. flagellum, ſ. palmam tenens, curru quadriiugo vectus, cum inſcr. EVTYMI NIKA. — Sed fallitur *Ducangius*, dum in hoc numo NIKA legit, cum legendum fuerit VINCAS. In aliis ſcilicet Graeca, in aliis Latina obſeruatur inſcriptio.

EVTIMIVS. vid. *Euthymius.* — Inter duos equos athleta, utraque manu et palmae ramos et equum ducens; nomen ſuper ſcribitur EVTIMIVS, infra equos TYRIEI CAT..., pro CART ... vt exiſtimat *Hauercamp.* ad fg. 30. Num. Contorn. p. 98. ad celebrandam ſcilicet Afrorum equorum velocitatem, qui in circenſibus palmam adepti hocce numiſmate honorantur. *Guſſeme* III. p. 189. et VI. p. 409. n. 59.) *Mdb.* p. 164. ſed EVTIMIVS etc.

Eutropia (Galeria Valeria) è Syriaca regione ortum duxit, e Sext. *Aurel. Victore.* Maximiano Herculeo nupta Maxentium et Fauſtam Conſtantini coniugem peperit. Antequam Maximiano iungeretur, virum habuiſſe conſtat, ex quo Theodoram ſuſceperat, Conſtantio Caeſari copulatam. — *Bandurius* II. p. 86. e *Golzio* ac *Mediobarbo* p. 436. epigraphen GAL. VAL. EVTROPIA AVG. e paene detrito numo exſcripſit, et *Vallemontius* in tabulis libri de elementis hiſtoriae Eutropiae effigiem ſuo marte confinxit. An *Golzius* in exeſo, quem contrectauit, perlegerit vere, aut ſubſtituerit? — Verum Eutropiae Auguſtae numum ax aere edidit *Ioſeph Maria Vidua* Ateſtinus. *Conf. Raccolta* d' Opuſculi ſcientif. e filolog. Tom. V. p. 535. ad 538. In illo Rrr. numo ad protomen Auguſtae: CAL.

V. C. 632. occaſione coloni
thaginem lege Rubria dedu
Aquila et ſigna militaria ve
milites reſpiciunt, qui in c
mittebantur, Dioſcuri vero
eorundem nauigationem.)
ib. n. 2.) *Morell.* Num.
lar. Tb. 16. fg. 23. p. 558
L. FLAVI*us* C. F. SAE
Caput Romae galeatum.)
duceus in medio duorum
cornuum cum vocibus EX
corona e lauro compoſit
Golz. Faſt. p. 197. ad A
720.) *Guſſeme* ib. n. 3.)
ib. fg. 24.) *Vaill.* ib. —
GVSTVS DIVI F. Caput
laur.)(C. V. I. CEL. L
CIO AV. FESTO II.VIR
lonia Victrix Iulia Celſa.
Baccio, Manio Feſto, Du
Bos coloniae ſymbolum. A
mum hunc ob cognomen *Fe*
familiarum numos referri a
lio Fam p. 180. fg. 3. put
uercampus. vid. *Celſa* n. 4.

Flauia Domitilla, ΦΛΑΟΙ
ΜΙΤΙΛΛΑ, Veſpaſiani coniu
Domitilla.

FLAVIA HELENA A
STA, *Helena* Conſtantii
Vaill. Pr. III. p. 231. —
Iuliani vx.

FLAVIA MAX*ima* CONS
TIA, filia Conſtantii Impe
vt interpretatur *Ducang.* Fa
zant. p. 51. in veteri num
ziano.

FLAVIA MAXIMA FA
AVGVSTA, *Fauſta*, Con
M. vxor ſecunda. *Band.* II. p
Morell. Specim. rei numar.
p. 53.

Flauiae gentis Imp. Ve
ſtemma apud *Harduin.* Op
p. 425 ſq.

Flauiae adpellatio indita pluribus coloniis ſub Veſpaſiano ac filiis deductis, vt docent plures earum vrbium numi FL. vel Graece ΦΛ. ſiue ΦΛΑ. aut ΦΛΑΟΥΙ. inſcripti. Ita

Amanus Hiſpaniae apud *Ligorium*: COLONIA FL. AMANVS.

Caeſarea in Palaeſtina, ſub Veſpaſiano colonia facta; obuium illud *Flauiae* cognomen in vrbis illius numis ſub Tito ac aliis dein Imperatoribus percuſſis. *Patin.* Impp. p. 195 220. 249. 255. 261. vid. *Caeſarea.* — In eiuſdem Titi numo ſignata eadem Caeſarea: COL. CAESAREA LIB. ΦΛΑ. ſeu *Libera Flauia.* Fruſtra *Harduin.* Sel. Oper. p. 39. poſtremas has litteras ΦΛΑ, in ſimili Caracallae apud *Triſtanum* II. p. 168. numo, quod idiomatis ſint diuerſi, ad aeram reuocat 531. quae vtique eadem in Tito ac Caracalla, vt monuit *Vaill.* Num. Colon. I. p. 35. ſtatui neutiquam potuit. *Bimard.* ad *Iob.* II. p. 239. Neque vero aliunde ignotae bilingues ſubinde in coloniarum numis, vti et in lapidibus antiquis, inſcriptiones. Ex numorum monumentis etiam conſtat, *Flauias* dictas plures alias vrbes, modo cum, modo ſine coloniae cognomento, quae ab iiſdem Flauiis, Veſpaſiano ac filiis Tito et Domitiano, ſunt hoc nomen nactae, cum Veſpaſianus Flauius eſſet origine.

Chalcis Syriae ſub Domitiano *Flauiae* nomen adſumſit, inde ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ in numis Traiani, Hadriani, Veri, Commodi.

Commagene, pars Syriae, a Veſpaſiano in prouinciam Romanam redacta, ab eo dicta eſt *Flauia*, teſte *Suetonio* in Veſp. c. 8. Legitur ΦΛΑΟΥΙΑ in n. Hadriani, L. Veri, Sept. Seueri, Caracallae, Elagabali, Alex. Seueri, Philippi Senioris, Decii.

Corinthus Achaiae plurimis a Domitiano adſtricta beneficiis adſumſit etiam *Flauiae* cognomen. Hinc in numis Domitiani: COL. FLAV. AVG. COR. *Colonia Flauia Auguſta Corinthus.* — Vel adiunxit *Iuliae* nomen, quod a Iulio, coloniae fundatore acceperat: COL. IVL. *Flauia* AVG. COR.

Deultum Thraciae, colonia a Veſpaſiano deducta ab eodem *Flauia* nuncupatur: COL. FL. PAC. DEVLT. *Vaill.* Col. II. p. 33.

Eumenia Phrygiae *Flauia* a Fl. Veſpaſiano cognominata: ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΦΛΑΒΙΩΝ. n. Antonini Pii.

Neapolis Samariae, ab eodem Imp. *Flauia* vocata, legitur ſub Tito: ΦΛΑΟΥ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ, *Flauia Neapolis Samariae*, ſub Domitiano: ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡ. ſub Antonino Pio, M. Aurelio, Fauſtina Iuniore, Commodo, Caracalla, Macrino, Diadumeniano, Elagabalo: ΦΛ. ΝΕΑΠ. CΥ. ΠΑ. vel ΦΛ. ΝΕΑC Π. CΥΡ. ΠΑΛΕ. vel ΦΛ. aut ΤΛΑ. ΝΕΑC ΠΟΛΕΩC vel ΦΛΑΟΥΙΑΣ ΝΕΑΣ ΠΟΛΕΩΣ CΥΡΙΑC ΠΑΛΑΙCΤΙΝΗC, *Flauiae Neapolis Syriae* Palaeſtinae.

Philadelphia Lydiae extremis etiam temporibus *Flauia* dicta: ΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. n. Gordiani, Philippi.

Samoſata Commagenes in Flauii Veſpaſiani gratiam: ΦΛ. CAM. vel CAMOC. vel CAMOCATEΩΝ. *al.* ΦΛΑ. CAMO. n. Hadriani, L. Veri, Sept. Seueri, Caracallae, Elagabali, Alex. Seueri, Philippi Senioris, Decii.

FLAVIA legio dicta, quae a Veſpaſiano conſcripta fuit, ex *Dione*. Hanc vidimus in Gallieno cum typo leonis pedibus anterioribus adſurgentis. Æ. cum epigr. LEG. IIII. FL. VI. P. VI. F. *Vaill.* Pr. II. p. 359. — In AV. Victorini Sen. prodit

prodit cum typo duorum leonum ex aduerſo ſtantium, et ſupra in area caput galeatum fortaſſe Palladis, quam gens Flauia prae ceteris diis colebat. Inſcriptio eſt: LEG. IIII. FLAVIA P. F. *Vaill.* Pr. III. p. 15.) M. *Pembrok.* I. Tb. 22. fg. 9.

FLAVII FOCAS PERP. AVG. ſic *Focas. Band.* II. p. 673.) *Vaill.* Pr. III. p. 273.

FLAVIO FESTO II.VIRo. *Velazquez* Enſayo Tb. 12. fg. 1. p. 91. vid. *Celſa* Hiſpaniae.

FLAVIOBRICA AVGVSTA Hiſpaniae, de qua colonia *Spanh.* Pr. II p. 604.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 86. vid. *Amanus.*

Flauiopolis Bithyniae, quae vetuſtius legitur, *Cretia*, vel *Cratia:* φλαυιόπολις, ἡ καὶ Κράτεια. vid. *Cretia.*

Flauiopolis Ciliciae campeſtris vrbs mediterranea prope fontes Calycadni ac ſub Tauro monte ſita, quae eſt φλαβιάς, *Flauias*, Hieroclis et alterius Notitiae in Cilicia ſecunda. *Cellar.* Notit. Orb. Ant. II. p. 204. Nomen trahit a Flauio Veſpaſiani gente, et ab ipſo Imperatore condita, vel reſtaurata, quando ille Ciliciam in prouinciam redigit A V. C. 827. ex *Suetonio*, vnde deinceps aeram computauit, vt numis ET. HΞ. *Anno* 68. — ΔΙΡ. 114. — ΑΜΡ. 141. — ΒΜΡ. 142. — ΓΜΡ. 143. — ΔΜΡ. 144. — ΕΝΡ. 155. inſcriptis confirmatur. *Harduin.* Oper. Sel. p. 180. 181.) *Vaill.* Gr. Impp. p. 290. — Numi ſunt:

a) *Antonini Pii.* 1. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ET. HΞ. *Flauiopolitarum, anno* 68, ducto aerae initio ab autumno anni V. C. 827. Flauii Veſpaſiani ſexto; et eſt V. C. 894. Antonini vero 4. Capita Serapidis cum modio, et Iſidis cum flore loti aduerſa. Æ 3. *Guſſeme* III. p. 240. n. 1.) *Harduin.* p. 180.) *Vaill.* Gr.

b) *M. Aurelii.* 2. Eadem aduerſa. Æ 2. *Vaill.* Gr. p. 290.

c) *Commodi.* 3. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΔΙΡ. *An.* 114. V. C. 940. Commodi 8. Eadem vrbis numinum capita Serapidis et Iſidis. Æ 2. *Harduin.* p. 180. 791.) *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* ib. n. 2. ſed perperam M. Aurelio tribuit.

d) *Caracallae.* 4. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ET. ΑΜΡ. *An.* 141. V. C. 967. Caracallae 4. Caput Serapidis cum modio. Æ 1. *Guſſeme* ib. n. 3.) *Harduin.* p. 181. 809.) *Vaill.* Gr. — 5. *Al.* cum ΒΜΡ. *An.* 142. V. C. 968. Caracallae 5. Capita Serapidis et Iſidis aduerſa. *Harduin.* p. 180.

c) *Plautillae.* 6. ΦΟΥΛΟΥΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ CEB. *Fuluia Plautilla Auguſta.* Huius caput.)(ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΡΜΓ. *Ao.* 143. V. C. 969. Idem typus. *Harduin.* p. 180. 809.) *Strada*, qui vero minus recte ΡΝΓ pro ΡΜΓ.

f) *Diadumeniani.* 7. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΔΜΡ. *An.* 970. Victoria ſtans, d. palmam, ſ. coronam. Æ 2. *Guſſeme* ib. n. 4.) *Harduin.* p. 181.) *Vaill.* Gr.

g) *Elagabali.* 8. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. Fortuna ſtans cum temone. Æ 2. *Guſſ.* n. 5.) *Vaill.* Gr.

h) *Alexandri Seueri.* 9. ΑΥΤ. ΚΑΙ. C.... *Imp. Caeſar Seuerus...* Caput Seueri Alexandri laureat.)(ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΔΝΡ. *An.* 154. V. C. 980. Alexandri 6. Capita aduerſa Serapidis modio ornatum et Iſidis cum loto. Æ 2. Muſ. *Theup.* p. 1024. 1025. — 10. *Al.* cum anno ΕΝΡ. 155. V. C. 981. Alexandri 7. eodemque duorum numinum typo. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Guſ-*

Guſſeme III. p. 241. n. 6. ſed erro- nee ΕΛΡ. adpoſito numero 155.) Harduin. p. 181 et 822. at vtroque loco ΡΝΕ ſcriptum.

i) *Valeriani Senioris.* ΙΙ. ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝ.... *Imp. Caeſ. Publ. Licin. Valerianus*.... Huius caput laureat.)(ΦΛΑΟΥΙΟ- ΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΔΠΡ. *An.* 184. Caput Iouis Serapidis cum modio. Æ 1. M. *Theup.* p. 1080.

Flauiopolis Thraciae vrbs, et colonia a Veſpaſiano conſtituta. *Plinio* L. IV. c. 18. „Colonia Flauiopolis, vbi antea *Zela* oppidum vocabatur. A Veſpaſiano Titoue Flauiae gentis id nomen habet. *Vaill.* Col. I. p. 131. — COL. FLAVIOPOLIS. n. Titi. *Golz.* Theſ. p. 239.) *Harduin.* Oper. p. 60.

FLAVIORVM. vid. AETERNITAS. — AETERNITATI FLAVIORVM, epigraphe templi in honorem Veſpaſiani totiusque ſimul Flauiae gentis erecti.

Flauius praeter Veſpaſianum eiusque poſteros Flauiorum Conſtantinorum genus nobilitat, quorum ſtemma ex ſolis numis antiquis apud *Harduinum* Oper. p. 428. Legitur et

— archon *Abydenorum.* ΕΠΙ ΑΡΧ. ΦΛ. ΚΑΠΙΤΩΝΟϹ, *ſub Archonte Flauio Capitone.*

— archon *Acmonenſium:* ΦΛ. ΠΡΕΙϹΚΟΥ ΑΡΧ. *Flauio Priſco Archonte.*

— duumuir *Celſae* Hiſpaniae: M. FESTO. *Manio* (Flauio) *Feſto.*

— praetor *Colophoniae:* ΕΠΙ ϹΤΡΑ. ΦΛ. ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥϹ, *Sub Praetore Flauio Agathocle.* n. Etruſcillae. *Pedruſ. Muſ. Farneſ.* V. Tb. 6. fg. 2.

Flauius praetor *Cymes* Aeolidis: ΦΛ. ΠΑΥ. ϹΕΡΩΤΟϹ, *Flauius Pauſanias Serotis* filius; vel iuxta alios: ΦΛ. ΠΑΥΣ. ΕΡΩΤΟΣ, eiuſdem Cymes praetor.

— praetor alius *Cymes:* ΦΛ. ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ, *Flauio Menophanto.*

— pontifex maximus *Eumeniae* in Phrygia: ΦΛ. ΦΙϹΙΚΟΥ ΑΡΧΙΕ. vel Φ. ΦΙϹΙΚΟΥ ΑΡΧΙ. *Flauio Phiſico.* n. Otaciliae.

— praetor *Germes* Helleſponti: ϹΤΡΑ. Μ. ΦΛ. ΝΕΙΚΟΜΑΧΟΥ, *Praetore Marco Flauio Nicomacho.*

— archon *Halicarnaſſi* Cariae: ΦΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ ΑΡΧ. *al.* ΑΡΧ. Γ. ΦΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ, *Archonte Caio Flauio Maximo.* n. Caracallae, Gordiani.

— archon alius eiuſdem *Halicarnaſſi:* ΑΡΧ. Τ. ΦΛ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ in numo ſuſpecto.

— magiſtratus *Hierapytnae* Cretae: ΕΠΙ ΦΛΑΟΥΙΟΥ, *Sub Flauio.* n. Caligulae.

— praetor *Hipaepae* Lydiae: ϹΤΡ. ΦΛΑΟΥ. ΙΕΡΑΚΟϹ, *Praetore Flauio Hierace.* n. Tranquillinae.

— praetor alius *Hypaepae:* ϹΤΡ. ΦΛ. ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΕΙΚΩΝΟϹ, *Praetore Flauio Hermelao Nicone.* n. Traiani Decii.

— ſcriba *Magneſiae* ad Maeandrum: ΓΡ. ΦΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ, *Scriba Flauio Maximo.* n. Alexandri Seueri. — *Al.* ΓΡ. ΦΛ. ΒΑϹϹΟΥ, *Scriba Flauio Baſſo.*

— magiſtratus *Marcianopolis:* ΥΠ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ, *Sub Flauio Vlpiano.* n. Caracallae:

— archon *Meli* inſulae: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΦΛ. ΕΠΑΦΡΑΠΟΥ, *Sub Archonte Epaphrapo;* vel ΦΛ. ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΥ, *Flauio Epaphrodito.*

Flauius

Flauius magiſtratus *Nicopolis* ad Iſtrum: ΤΠ. ΦΛ. *al.* ΤΠ. ΦΛΑΟΥ. *Sub Flauio.* n. Caracallae. — ΤΠ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝ. vel ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ, *Sub Flauio Vlpiano.* n. Sept. Seueri.

Flauus a capillitio dictus, cognomen Baebiae gentis. *Vaill.* Col. I. p. 22. et Clodiae. *Vaill.* ib p. 16. TIBerio FLAVO PRAEFecto GERManorum etc. et in alio Auguſti numo: TIB. CLOD. FLAVO PRAEF. GERM. vid. *Caeſar Auguſta.* — Q. BÆBio FLAVO II.VIRo. n. Calaguris in n. Auguſt. — L. VALerio FLAVO T. VALerio MERVLA AEDilibus. n. Calaguris in Tiber. vid. *Calaguris.*

FLAVS pro FLAVIVS in Æ. Flauiae gentis. *Eckhel.* Cat. II. p. 38.) *Morell.* Fam. Flauia fg. 1.) *Vaill.* Fam. eodem.

FL. D. *Flamen Diui.*

Flexus Maeandri, ſupra quos volans aquila, hinc et inde pileus Dioſcurorum. n. Apameae Phrygiae. *Geſner.* Tb. 10. fg. 32.) M. *Hunter.* p. 33. — Marſyas, vel Satyrus ſtans in flexus Maeandri modulans duplicem tibiam. n. Apameae eiuſd. M. *Hunter.* p. 34.) *Peller.* Tb. 43. fg. 19.

FL. FEL. *Flauiae Felicis* ſcil. legionis.

FLICISS. pro FELICISSimo. n. Diocletiani: DN. DIOCLETIANO FLICISS. *Band.* II. p. 35.

FLOR. *Florus* cognomen Aquiliae gentis a florum ſtudio.

Flora, dea quaedam a Romanis honore habita, quam floribus praeeſſe volebant. Hanc meretricem fuiſſe aiunt; quae cum magnas opes corporis quaeſtu quaeſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit heredem, certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo foenore ſuus natalis celebraretur dies editione ludorum, quos adpellabant *Floralia*, ſiue ludos Florales. Quod quia ſenatui flagitioſum tractu temporis videbatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, vt pudendae rei quaedam dignitas adderetur; Deam finxerunt eſſe, quae floribus praeeſit, eamque oportere placari, vt fruges cum arboribus et vitibus bene proſpereque floreſcerent.

Florae caput, cui corona ex floribus contexta eſt iuxta *Ouidium* L. IV. Faſtor.

Mille venit variis florum dea nexa coronis;

et flos pone caput, Floralia ludos exprimit in denariis Fam. Claudiae pariter ac Seruiliae. *Morell.* Fam. p. 39. 391. — Idem typus. n. Corcyrae in Plautilla.

— — laureatum et inauribus ornatum. n. Maſſiliae.

FLORAL. PRIMVS. *Floralia Primus* inſtituit; at *Harduin.* in *Plinio* ſuo Tom. II. p. 139. not. 9. pro more ſuo in plurimis numis exponendis vocem PRIMVS diſiicit et legit: FLORALia PRopriis IMpenſis Veneri Sacrauit. Caput *Florae*, in cuius honorem Floralia illa celebrabantur, floribus redimitum, pone quod lituus, auguris inſigne.)(C. SERVEIL. M. F. *Caius Seruilius, Marci Filius.* Duae figurae militares ſtant, tollentes dextras pugionibus armatas. Æ. Seruiliae gentis. *Beger.* Th. Br. p. 585.) *Guſſeme* VI. p. 160. n. 6.) *Hasthaler.* Exercit. III. p. 35.) *Harduin.* l. c.) *Morell.* Fam. Seruilia p. 391. fg. 4.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 98. fg. 12. p. 488.) M. *Pembrok.* III. Tb. 3 fg. 21.) *Schulz.* Numoph. I. Tb. 5. fg. 6. p. 259 ſq.) *Spanhem.* Pr. II. p. 146 ſq.) M. *Theup.* p. 94.) *Vaill.* Fam. Rom. II. p. 409.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 260 ſq.) *Sueton.* ex editione *Graeuii* p. 610.

Floralia, ſiue *Florales ludi* apud Romanos celebres, Florae deae ſacri, memoriae vero meretricis conuenientes, ſumma laſciuia et licentia Romae peragebantur. Nam praeter verborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quas ſpectatores impudicis motibus detinerent. Ludi iſti aedilibus curulibus erant commiſſi et primum a C. Seruilio editi. De quorum origine, procuratione et ſollemnitate *Spanhem.* Pr. II. p. 145 ſq.) *Schurzfleiſch.* diſſ. de ritu flores ſpargendi. 1679 et 1699.

Floralia quando Romae coepta, docet inter alios *Vaillant.* Fam. Seruil. ad n. 17. Incidebant IV. Kal. Maii teſtantibus *Plinio* L. VIII. c. 29. et *Varrone* de re ruſtica L. I. c. 1. — *Borrichius* Antiq. vrb. Rom. fac. c. 7. ex *Ouidii* effato probare voluit, feſtum hoc primum menſe Aprili celebratum, poſtea vero in Maium translatum eſſe. Poeta ne verbo quidem huius rei mentionem facit, ſed ex his ipſis verſibus L. V. Faſtor. vſ. 183 ſq. ad quos prouocauit, cognoſci poteſt:

Mater, ades, florum ludis celebranda iocoſis;
Diſtuleram partes menſe priore tuas.
Incipis Aprili, tranſis in tempora Maii;
Alter te fugiens, cum venit alter, habet.
Cum tua ſint cedantque tibi confinia menſium,
Conuenit in laudes ille, vel iſte, tuas.

Poeta initium illorum menſe Aprili, ac finem Maio adſignat; inde vero nullo modo ſequitur, ferias has ex vno in alterum tanslatas eſſe menſem.

FLOREAS SEMPER. Figura militaris galeata ſtans, d. haſtae, ſ. clipeo humi poſito innititur. n. Iuſtini. *Band.* II. p. 627. — *Eadem epigr.* idemque armati typus. Æ 3. Baduelae. *Band.* II. p. 647.) *M. Theup.* p. 368. 1210.

Flores. vid. *Flos.*

FLORIANI AVG. vid. VIRTVS FLORIANI AVG.

Florianus (Marcus Annius) Taciti frater ex eadem matre, ſed ex alio patre, vt creditur; vir prodigus et cupidus imperandi, mortuo fratre Ao. Chr. 276 V. C. 1029. arripuit imperium tanquam hereditarium, non exſpectato iudicio ſenatus. *Vopiſc.* in Floriano c. 1. Sed vix in Occidente a militibus Imperator ſalutatus fuerat, cum accepiſſet, Probum a militibus Orientis electum, fortitudine illi impar, venas ſibi ſecari iuſſit, cum nollet priuatus viuere; alii a militibus Tarſi, acclamato Probo, occiſum narrant. Licet autem duos tantum vel tres menſes imperaſſe dicatur Florianus, numi eius maximi non admodum perrari ſunt, ſed tantum cum trium Monetarum typo et epigr. MONETA AVG. qui teſtes ſunt, Florianum curaſſe aut etiam confirmaſſe legem, quam de monetis Tacitus tulerat, teſte *Vopiſc.* in Tacito c. 9. quaue cauit, vt ſi quis argento publice priuatimque aes miſcuiſſet, ſi quis auro argentum, ſi quis aeri plumbum, capitale eſſet cum bonorum proſcriptione. — Mediocris moduli numi omnes ſunt rari, parui moduli obuii; ex argento aeque ac auro rariores. — De vxoris Floriani, liberorumque ipſius nomine apud auctores nulla mentio; et tamen liberos ipſi fuiſſe certum eſt.

Floriani numos, ob breuitatem imperii raros, vel ediderunt vel recenſuerunt, ſiue in catalogis ſuis exhibuerunt: Muſ. *Alb.* II. Tb. 89. fgg. 1. 2. p. 59.) *Angelon.* p. 279. vel 342.) *Band.* I. p. 430 ad 438.) *Cimel. Vindob.* Tom. I. Tb. 4.

4. fgg. 23. 24. *it*. Tb. 5. fg. 1. p. 18. 19. 137. *it*. Tom. II. Tb. 93. fg. 2 *et* Tb. 94 fg. 1. p 23.) *Eckbel*. Cat. II. p. 404 ad 406.) *Guſſeme* Diccion. III. p. 244 ad 247.) *Harduin*. Oper. Sel. p. 867. 868.) *Hulſius* Impp. fg. 52. p. 104.) *Khell*. Suppl. p. 204. 205.) *Mdb*. p. 411.) *Muſell*. Impp. Tb. 234. fgg. 6 ad 10. *Eiuſd*. Suppl. Tb. 46. fgg. 4 ad 8.) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 11. fg. 11. p. 57. *it*. Tb. 81. fg. 5. p. 424.) *Patin*. Impp. p. 435 *et* Ind. p 29.) *Pedruſ*. Muſ. *Farneſ*. IV. Tb. 15. fgg. 1. 2. 3. p. 221 ad 223. *it*. Tom. V. Tb. 24. fg. 6. p. 333. 334.) Muſ. *Pembrok*. III. Tb. 29. fg. 5.) *Schulz* MzCab. III. p. 51.) *Spanbem*. Praeſt. paſſim.) *Strada* p. 259.) Muſ. *Theup*. p. 294. 295. 818.) *Triſtan*. II. p. 268) *Vaill*. Pr. I. p. 230 ad 232. III. p. 33. 216. *it*. Sel. Num. *Camp*. p. 115. 116.

Circum caput *Floriani* ſcriptum: IMP. FLORIANVS AVG. — IMP. C. FLORIANVS AVG. vel PIVS FEL. AVG. — IMP. ANNIVS FLORIANVS AVG. *Band*. II. p. 437. — IMP. M. ANNIVS FLORIANVS AVG. *ibid*. p. 435. 436. — IMP. C. M. AN. FLORIANVS AVG. vel P. AVG. vel P. F. AVG. — IMP C. M. ANN. FLORIANVS AVG. vel P. AVG. vel P. F. AVG. — IMP. C. M. ANNIVS FLORIANVS. *Cimel. Vind*. I. Tb. 4. fg. 23. p. 18. — IMP. C. M. ANNIVS FLORIANVS AVG. *Eckhel*. Cat. II. p. 405. — IMP. CAE. M. ANN. FLORIANVS AVG. *Cimel. Vind*. II. p. 23. — IMP. CAES. M. ANNI FLORIANVS AVG. — VIRTVS FLORIANI AVG. *Cimel Vind*. I. Tb. 4. fg. 24.) *Khell*. Suppl. p. 204. 205.

Poſticae partis inſcriptiones eaedem ſunt plurimae in numis *Floriani*, quae ſunt in moneta fratris Taciti: AEQVITAS AVG. — AETERNITAS AVG. — MENTIA TEMP. vel TEM vel TEMPORVM — CON EXERCI. *al*. CONCORDIAE CI. vel EXERCIT. — CORD. MILIT. *al*. CONCO MILITVM. — CONSERV. AVG. — FELICITAS AV FELICITAS SAECVLI. — LICITAS TEMPOR — MILIT. vel MILITVM. — TVNA REDVX. — INDVL TIA AVG. — IOVI CONSEI — IOVI. STATORI. — VICTORI. — LAETITIA — MATRI PACIFERO — NETA AVG. vel AVG PACATOR ORBIS. — PA TERNA. — PAX AVGVS PERPETVIT. AVG. *al*. P TVITA. AVG. *al*. PERI TATE (*ſic*) AVG. *Cimel* I. Tb. 4. fg. 24. p. 19.) Suppl. p. 204. — PRINC VENTVTIS. — PROVID *al*. PROVIDE. AVG. *al*. DEN. AVG. *al*. PROVID AVG. vel AVGVST. — VIDENT. DEOR. *al*. DENTIA DEOR. — AETERNAE — SALVS — SALVS PVBLI. — S TAS AVG. — SECVR SAECVLI. — TEMPOR LICITAS. — VICTOR in numis Groſſeto 1770 — VIRTVS AVG. vel STI.

FLORO. II. VIRo. vid. E

FLORVS cognomen gen liae, vel a cultura florum flore quodam peculiari Ro mum adlato, vnde flos in numorum Auguſti: L. AQ FLORVS III. VIR. inſcr vt denotet monetalis anti a flore deſumtam. *Vaill*. 18. de quo vero ſymbolo *Morell*. vid. *Aquilia* gens AQVILIVS FLORVS III. put Meduſae ſupra triquet liae. *AV*. Auguſti. *Cimel*. *Vi*

Flos indicium veris, ſecundum *Plinium:* Arborum flos eſt pleni veris indicium et anni renaſcentis, flos gaudium arborum; inde ver caniſtrum floribus refertum gerit. vid. *Anni tempeſtates.* — SAECVLI FELICITAS. — Floribus ſacra genio fieri ſolita. *Vaill.* Col. II. p. 104.

Flos erumpit e quadrigis triumphalibus. n. Titi. *Morell.* Impp. II. p. 361.) *Vaill.* Pr. II. p. 97. — Idem typus in n. Fam. Aquiliae ac Durmiae. vid. *Aquilia* g. — *Durmia* g.

— in n. Fam. Caſſiae et Seruiliae. *Woltereck.* El. Num. p 58. — Vnde in denariis gentis Seruiliae. *Hauerçamp.* ad *Morell.* Fam. p. 391.

— ſub Europa tauro vecta. n. Volteiae g.

— ſub aquila. n. Ptolemaeorum V et VI. Aegypti regum.

— ſub cancro. n. Agrigenti. Muſ. *Hunter.* p. 7. 8.

— pro pedibus Neptuni. n. Teni inſulae.

— ſupra hircum. n. Celenderis Ciliciae.

— ante caput Dianae. n. Eretriae.

— ante caput iuuenile. n. Perinthi.

— poſt caput Arethuſae. n. Syracuſae.

— inter duo capita. n. Domitiani.

— inter duos delphinos. n. Rhodi inſulae.

— in manu mulieris. n. Amaſtris, Cadorum etc.

— in manu Spei. vid. *Spes.*

Flos in manu mulieris columnae innixae. n. Philipporum Thraciae.

— in manu figurae paludatae. n. Sami.

— in manu figurae nudae. *al.* alatae. n. Himerae Siciliae.

— multiplex in manu figurae, n. Pharnacis Ponti regis.

— et caduceus. n. Rhodi. *Wilde* Sel. Num. p. 62.

— et calix. n. Ebraeorum.

—, luna creſcens et aſtrum. n. Antiochi VII. Euergetis Syriae regis.

—, noctua et globus. n. Athenarum.

Floribus refertum caniſtrum. n. Caſarum, Cyzici etc. vid. FELICITAS TEMPORVM. — FIDES AVGVST. — PIETAS. — *Anni tempeſtates.*

Floribus collo ornatus taurus. n. Epheſi. vid. *Bos vittatus.* — *Bouis caput.*

Flos ſingularis in n. Rhodiorum. *Beger.* Theſ. Palat. p. 229 ſq.

— — Antiſſae Leſbi. *Peller.* Tb. 103. fg. 2.

— — Cythni. M. *Hunter.* p. 124. n. 1.) M. *Pembrok.* Tb. 16. fg. 12.

— — Cyrenes, Sidonis, Staſis. v. *ſui locis.*

Flos loti frequentius inter capitis ornamenta receptus in antiquis Aegyptiorum nummis. v. *Lotus.*

— — caput Iſidis exornat. n. Syracuſae. v. *Iſis.*

Flos loti in capite Oſiridis. n. Coptitorum Aegypti.

— — ad dextrum humerum figurae Nili. n. Titi. *Morell.* Impp. II. p. 391.

— — inter duas ſpicas decuſſatim, in laurea. n. Peſſinuntis.

— — ſub quo aſtrum. n. Cleopatrae Silenes, vx. Antiochi VIII. regis Syriae.

— — in area. n. Antiochiae Syriae, Ptolemaeorum regum.

Flos perſeae tanquam inſigne capitis in Aegyptiorum numis, quem diis ſuis impoſuere Aegyptii. v. *Perſea.*

Flores coronam formant. v. *Corona ex floribus* contexta. — Coronas, e *floribus* plexas, mortuis quoque impoſitas fuiſſe tradunt, et vno ore teſtantur *Xenophon* in VI. de expedit. Cyri.) *Euripidis* commentator in Phoen.) *Lucianus* in dialogo de luctu.) *Iuſtinus Martyr* Apolog. II.) *Clem. Alexandrianus* paedag. L. II. c. 8. — Tumulos praeterea floribus Sparſos indicant *Sophocles* in Electra, *Plutarch.* in Numa, et *Tranquill.* in Nerone. Frondes enim et flores ad ſepulcra ferebant, floreſque in funere ſpargebant, quem morem veteres chriſtiani aetate *Prudentii* non improbarunt, et aliquamdiu retinuérunt, etſi primis rei chriſtianae ſaeculis non adhibebant ſepulcris coronas, ſed iuſto in paganorum ritus odio auerſabantur, vt ex *Tertulliano* et *Minutio Felice* conſtat, quippe qui in coronas et ſerta, tanquam inania et impia dantium munera, inuehuntur.

ΦΛΑΡΙΕΩΝ. inſcriptio monetae, quam *Pellerin.* Rec. III. Tb. 144. *Pharine* ſeu *Pharo,* Adriatici maris inſulae, tribuit. Verum hoc priuanda honore eſt, certiſſimeque reiicienda in claſſem pecuniae barbarae, monente *Neumanno* Pop. Num. I. p. 143. 173. 176.

FLVREAƧ ƧEMPER (*ſic*) pro FLOREAS SEMPER. Rex paludatus ſtans, d. haſtam, ſ. clipeum, in area littera X. Æ 3. Baduelae, Oſtrogothorum regis. *Band.* II p. 647.) *Guſſeme* VI. p. 402.) *Lobert.* Science I. p. 137.) *Muſell.* Regg. Tb. 11. fg. 6.) M. *Tocup.* p. 120.

FLVREAZ ZEMPER. Item. *Band.* II. p. 647.

FLVRIAƧ ƧEMPER. itemque S. inuerſis, eodemque regis ſt. typo. Æ 2. *Eckhel.* Cat. II. p. 537.

Fluuii cum ſuppeditent maxima vrbibus commoda, et humanae vitae adiumenta et opes; non eſt quod miremur, ſi tam frequenter in numis ſculpti ſpectantur, aquarum plerumque ſuarum copiam oſtentantes, vrnae, e qua aquam fundunt, innixi; vel fluuiorum figurae pro varia ipſorum poſitione diuerſos eorundem curſus deſignant, vel vrbis ſitum quoque indicant. Muſ. *Alb.* I. p. 87. 88. 122.

Fluuius Achelous, Ἀχελῷος, Aetoliae vel Acarnaniae fluuius, Aetoliam nempe ab Acarnania diuidit, oritur in Pindo monte; primus erupiſſe terram dicitur; in Maliacum (Corinthiacum) ſinum effluit. Conf. *Plutarch.* de fluuiorum et montium nominibus, edente Mauſſaco. Toloſae 1615. p. 76 ſq. 320 ſq.) *Vibii Sequeſtri* liber de fluminibus etc. p. 100. — ſub tauri facie vno aut duobus cornibus effigiatus in n. Acarnaniorum, Ambraciotarum, Oeniadarum, Anactorii et Thyrei Acarnaniae. *Geſner.* Num. Pop. Tb. 8.) *Pellerin.* Rec. I. Tbb. 12. 13.) *Spanhem.* Pr. I. p. 396. vid. *Achelous.* — Ex ſententia *Nic. Ignarrae* ad calcem commentarii ſui de Palaeſtra Neapolitana p. 232 ſq. pro-

prolata, *Achelous* commune aquarum apud Veteres fuit vocabulum, ſymbolumque fertilitatis agrorum et abundantiae typus; ideoque numos omnes figura ſemibouis barbati viri inſignes *Acheloios* rite nominare poſſe contendit; cuius vero ſententiam in examen vocat princeps *Torremuzza* in proemio nouae collectionis Siciliae etc. Inſcriptionum.

Fluuius Acragas, Ἀκράγας, Siciliae, hodie *Dragus*, ſiue *S. Blaſii* dictus, prope ciuitatis Agrigenti moenia decurrebat, inde numi Agrigentinorum nonnulli caput iuuenile cornuta fronte referunt. *Dorville* Sicul. c. 5. p. 88 et *Burmann* ad *Dorville* p. 350.

— *Adonis* ex Libano oritur. *Schlaeger*. rapt. Europae p. 12. — pro pedibus genii rupibus inſidentis emergens. n. Bybli, Caeſareae Palaeſtinae.

— *Alabon*, Ἀλαβὼν, apud *Diodor*. L. IV. c. 80. ſiue *Alabus* Siciliae, prope Megaridem, quem hodie dicunt *la Cantara*, quemue Megarenſium numi bouem humanam faciem habentem praeferunt.

— *Amenanus* Siciliae, ΑΜΕΝΑΝΟΣ, hodie *Cindicello*, cum capite iuuenile cornuto depictus in n. Catanenſium. *Dorville* Sicul. c. 13. p. 218. vid. ΑΜΕΝΑΝΟΣ.

— *Anapus*, Ἄναπος, Siciliae. *Cellar*. Not. Orb. I. p. 789. — in n. Syracuſanorum expreſſus.

— *Aous*, a quibuſdam *Aeas* nominatus, teſtante *Mela* L. III. c. 2. Illyridis Graeciae. — decumbens, a dextris nauis cum velo, T vrnae innititur. Apolloniae Epiri.

— *Aſſines* Siciliae, e regione Aetnae, hodie *Fiume freddo* cum iuuenili capite cornuto in n. Naxiorum, adſcripto nomine ΑΣΣΙΝΟ.

Fluuius Beleus, vel *Belus*. *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. p. 406. — ſub forma mulieris turritae rupibus inſidentis. n. Ptolemaidis Phoeniciae.

— *Betis*, hodie *Guadalquivir*, Hiſpaniae. n. Hadriani *Guſſeme* II. p. 292.

— *Billaeus* Bithyniae *Plin*. L. VI. c. 1. parum nauigabilis, inde imberbis depictus. n. Hadrianenſium, Tianorum. v. *Biliaeus*, ΒΙΛΛΑΙΟϹ.

— *Caicus*, Καΐκος, Myſiae. *Plutarch*. ib. p. 71 ſq. *Mauſſac*. p. 317 ſq. — in n. Pergamen, *Spanhem*, Epiſt. IV. ad *Morell*.

— *Calycadnus* Ciliciae, nauigabilis mediam interſcidit regionem. *Ammian*. L. XVI vid. *Calycadnus*, — *Seleucia ad Calycadnum*.

— *Caper*, vel *Caprus*, ΚΑΠΡΟϹ. n. Laodiceae Cariae, v. *Caper*. — *Laodicea*.

— *Caſuentus*, cui Metapontum Lucaniae adhaeſit. — Capite taurino effictus. *Magnan* Lucan. Num. Tb. 34. fg. 3.) *Neumann*. Pop. Num. I. p. 8.

— *Cayſter*, vel *Cayſtrus*, Ioniae, ΚΑΥΣΤΡΟΣ, imberbis depictus, decumbens cum arund ine et vrna. n. Epheſ. *Morell*. Specim. rei numar. p. 120. — *it*. n. Diocheris Ioniae. M. *Pembrok*. II. Tb. 8. fg. 9. — *it*. Metropolis Phrygiae, Nicaeae in Cilbiano.

— *Cenchris*, vel *Cenchrius* Ioniae, ΚΕΝΧΡΙϹ humi decumbens. n. Epheſi. *Morel*., ib.

— *Ceteius*, vel *Cetius*. n. Pergamen. *Spanhem*. Pr. I. p. 508. v. ΚΕΤΙΟϹ. — ΚΗΤΕΙΟϹ. — *Cetius* et Selinus, fluuii iuncti. n. Pergami. v. ϹΕΛΕΙΝΟϹ ΚΗΤΙΟϹ.

Fluuius Chaboras in Euphratem defluit. Forte in n. Carrharum, Rheſaenae.

— *Chryſas* Siciliae, rigabat Agrigentinorum agros. *Diod. Sicul.* L. XIV. §. 95. Legitur et ſine adſpiratione. vid. *Cryſas*.

— *Chryſorrhoa* Lydiae, vel Syriae, ΧΡΥΣΟΡΟΑΣ. *Morell.* Specim. rei numar. p. 227. 228. — *Haym.* Theſ. Br. II. p. 136. obſ. 86. — an in n. Damaſci?

— *Chydas*, χύδας, Siciliae. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 802. Moenia Alontinorum adluebat, in quorum numo biformis taurus plurimam aquam ore euomens. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 116. 117.

— *Cilleus*, ex Ida profluens, ad pedes Apollinis Cillei figura ſeminuda iacens, d. cubito terrae innixa, ſ. pinum, vt videtur, ſuſtinet. n. Antandri Troadis. *Oderic.* Num. Gr. p. 116 ſq.

— *Clarus*, ΚΛΑΡΟΣ, decumbens. n. Smyrnae.

— *Corſymus*, ΚΟΡΣΥΜΟΣ, decumbens. n. Aphrodiſiae vel Cariae, vel Ciliciae. *Haym.* Th. Br. II. p. 112.) *Zaccar.* Iſtit. Num. p. 354.

— *Cranicus*, vt quidam volunt, in n. Cyzici.

— *Cryſas* vel *Chryſas* Siciliae, hodie *Dittiano*, in Aſſorenſium et Agyrinenſium finibus profluens, cum iuuenis imagine cornuta fronte, hydriam et cornucopiae tenentis obſeruatur in n. Aſſorenſium, cum nomine ASSORV. *Harduin.* Num. Pop. p. 153.) *Torremuzza* Num. Sicil. Tb. 15. fgg. 1. 2. Pariter cum boue humanam faciem habente. n. Agyrinae. vid. *Cryſas*.

Fluuius Cydnus Ciliciae, ΚΥΔΝΟΣ. — virili vultu, ſed imberbi pro pedibus genii. n. Tarſi. *Bonarrot.* N. *Carp.* Tb. 2. fg. 2.) *Vaill.* Gr. p. 345.

— *Danuuius* Europae, qui et *Iſter*. n. Traianopolis, Traiani, Conſtantini M. — iacens ſub ponte cum hiſpida et longa barba, d. brachio ſupra hydriam; *al.* ſ. cubito vrnae impoſito, ex qua aqua profluit, d naui adſtitutae adplicat. v. DANVBIVS. — DANVVIVS.

— *Erigon* Macedoniae. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 832. — Erigon et Rhoedias duo fluuii procumbentes, quorum alter barbatus, alter imberbis, indicant ſitum, ad quorum confluentiam vrbs condita videtur. n. Stobenſium. *Vaill.* Col. I. p. 152. II. p. 59.

— *Erimanthius* in n. Pſophidiorum Arcadiae decumbens, ſ. vrnae innixus, d. ad frontem elata.

— *Euphrates* Meſopotamiae, *Plin.* L. V. c. 20. Ευφράτης. *Plutarch.* de flum. p. 71 ſq.) *Mauſſac.* p. 314 ſq. — pro pedibus genii ſcopulis inſidentis n. Samoſatae — vel alio idiomate. n. Antiochiae ad Euphratem; *it.* Traiani. L. Veri, Alexandri Seueri. vid. EVFRATES vel EVPHRATES.

— *Gela* Siciliae, hodie ab incolis *Fiume di Terranoua* dictus, vrbi Gelae nomen dedit, in cuius numis cornuta facie effictus cernitur, addita epigraphe ΓΕΛΑΣ ſiue inuerſo ordine ΣΑΛΕΓ. *Torremuzza* Num. Sicil. idemque Tabula numor. fgg. 23. 24. 25. praefixa nouae collectioni Inſcriptionum Siciliae 1784. — Pariter faciei ſemiuiri bouis adiecta eſt vox ΓΕΛΑΣ. n. Hieronis Syracuſarum et Gelae tyranni. *Torremuzza* ib. fg. 33.) *Paruta* Sicil. Numiſm.

Fluuius Glaucus Phrygiae, in n. Eumeniae: ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΓΛΑΥΚΟΣ. *Guſſeme* VI. p. 368. 369.

— *Halaeſus* Siciliae. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 801.

— *Hales* Ioniae. — decumbens, d. arundinem, ſ. cornucopiae ſuper vrnam. n. Colophonis, quam adluit. *Harduin.* p. 84.) *Vaill.* Gr. — *Hales*, etis, Lucaniae. *Cellar.* ib. I. p. 724. — *Halex*, ecis, Bruttiae fluuius. *Cellar.* ib. I. p. 736.

— *Halys* Paphlagoniae a radicibus Tauri ad Pontum Euxinum. *Cellar.* ib. II p. 268. — decumbens, d. arundinem. n. Ancyrae Galatiae. *Vaill.* Gr.

— *Hebrus*, ΕΒΡΟΣ, Thraciae. *Plutarch.* flum. p. 9 ſq. *Mauſſac.* p. 224 ſq. proximus Oeno oppido. *Vib. Sequeſt.* p. 108. — depictus in n. Hadrianopolis. *Guſſeme* IV. p. 29. 30. 39. v. *Hadrianopolis*, item *Philippopolis* Thraciae.

— *Hermus* Aſiae minoris, ſemper imberbis, quod non ſit nauigabilis, ſed anguſtus et haud magnus; ſub virili tamen effigie depingitur, quod in mari ſe praecipitet. Cum decumbentis imagine in n. Cumaeorum Aeolidis apud *Harduin.* Oper. p. 89. *it.* Magneſiae Lydiae, Saittenorum, Sardianorum, Tabalenſium Lydiae, Temnitarum Aeolidis et forte Phocidis. — ſed capite radiato decumbens cum ramo, et cornucopiae vrnae innixus n. Caduenorum. v. ΕΡΜΟΣ, *Hermus.*

— *Hiberus*, vel vt plurimi *Iberus*, ſine adſpiratione, fluuius Hiſpaniae Tarraconenſis. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 80. — capite nudo aquam euomente. n. Celſae. *Florez.* II. p. 638.) *Guſſeme* II. p. 133. n. 2 *et* IV. p. 77.

— *Himera* ſeptemtrionalis Siciliae, cuius hodie nomen eſt *Fiume grande*, qui prope ipſius Himerae ciuitatis moenia decurrebat. — Taurus humana facie praeditus in n. Himerenſium apud *Torremuzzam* in tabula numorum praepoſita nouae collectioni Inſcriptionum Siciliae etc. fg. 30.

Fluuius Hipparis Siciliae, ΙΠΠΑΡΙΣ, prope Camarinam, in cuius numis cernitur iuuenis effigies fronte cornuta. *Torremuzza* Sicil. Num. Tbb. 17. 18. 19. vid. *Camarina.*

— *Hippurius*, ΙΠΠΟΥΡΙΟΣ, imberbis decumbens, d. arundinem, ſ. vrnae innititur cum cornucopiae. n. Blaundi Lydiae. *Vaill.* Gr.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 12. fgg. 2. 3.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 7. fg. 5.) *Spanh.* Pr. I. p. 625.

— *Hyllus*, ΥΛΛΟΣ, Lydiae, decumbens muliebri habitu, ſ. vrnae innixa tenet cornucopiae. n. Saittenorum. *Vaill.* Gr.

— *Hypius* Bithyniae. vid. *Pruſia ad Hypium.*

— *Hypſa*, ΥΨΑΣ, Siciliae, hodie *Belice ſiniſtro*, qui Entellinorum et Selinuntiorum agros proluebat; hinc bos humanam faciem praeſeferens. n. Entellinor. — vel ſignatur vir cornuta fronte ad aram ſacrificans. n. Selinunt. *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. Tb. 14. fg. 2. p. 428. — ſub iuuenis formoſi ſpecie. n. Selinunt. *ibid.* p. 423.

— *Iberus* Hiſpaniae Tarracon. v. *Hiberus.*

— *Imbraſius* Ioniae, decumbens. n. Samiorum.

— *Iſter*, ΙΣΤΡΟΣ, Moeſiae, qui et *Danuuius.* — barbatus decumbens, d. vrnae innixa, ſ. arundinem tenet. n. Nicopolis ad Iſtrum Moeſiae.

Fluuius Lycus, ΛΥΚΟC, depictus decumbens n. Laodiceae Cariae, et forte Thyatirae.

— *Maeander*, Μαίανδρος, Aſiae tam flexuoſus eſt, vt in ſeſe recurrat. *Plutarch.* flum. p. 31 ſq. *Mauſſac.* p. 260 ſq.) *Vib. Sequeſt.* p. 108. — virilis imberbis, d. arundinem, ſ. cornucopiae tenet; *al.* ſ. vrnae innititur. n. Antiochiae Cariae, Apameae Phrygiae, Magneſiae, Trallium, Tripolis Cariae. v. ΜΑΙΑΝΔΡΟC. — *Maeander* et *Marſyas* fluuii decumbentes cum vomentibus aquarum vrnis. n. Apameae.

— *Marnas*, ΜΑΡΝΟC, Ioniae; iuuenili facie decumbens, d. arundinem. n. Epheſ. Muſ. *Alb.* I. p. 48.

— *Maronus*, ΜΑΡΩΝΟC, fluuii, vt videtur, nomen; imberbis decumbens, d. arundinem, ſ. vrnae impoſita. n. Smyrnae.

— *Marſyas* Phrygiae, ΜΑΡCΥΑC, *Plutarch.* flum. p. 35 ſq. *Mauſſac.* p. 264 ſq.) *Vib. Sequeſt.* p. 108. — decumbens in antro, d. cornucopiae, ſiniſtram vrnae admouet. n. Apameae Phrygiae. — *Maeander* et *Marſyas* decumbentes cum vrnis. n. Gordiani Pii, Philippi Sen. vid. *Maeander.*

— *Meles* Ioniae, ΜΕΛΗC. — barbatus decumbens, d. cornucopiae, ſ. vrnae adpoſita. n. Amaſtris, Smyrnae.

— *Meſtus* vel *Neſtus* Thraciae, vnde *Nicopolis* Thraciae: ΟΥΛΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC ΠΡΟC ΜΕCΤΩ vel ΠΡ. ΜΕCΤΩ. *Ad Meſtum*, in n. Criſpinae, Caracallae, Getae. Idem *Meſtus* fluuius depictus in n. Topiri Thraciae.

— *Nilus* Aegypti, Νεῖλος. *Plutarch.* flum. p. 51 ſq. *Mauſſac.* p. 288 ſq. ex Aethiopia decurrens. *Vib. Sequeſt.* p. 108. — Nili figura in n. Traiani, Hadriani, Balbini, Iuliani Apoſtatae. — pectore tenus barbatus, corona cinctus, cum loti flore ad dextrum humerum. n. Titi ab Aegyptiis. *Morell.* in Tito Th. 14. fg. 5. p. 391. — Caput Nili cornutum. n. Seueri Saloninae. — vel alio idiomate. v. ΝΕΙΛΟΣ. — NILVS.

Fluuius Onabala Siciliae, hodie qui vocatur *la Cantara*, ſiue Fiume *di Tauormina*, in n. Tauromenitanorum.

— *Oretus* Siciliae, qui vetus adhuc retinet nomen, obſeruatur in n. Panormitanorum.

— *Orontes* in n. Antiochiae Syriae, Emiſae, Laodiceae Coeleſyriae, Samoſatae.

— *Panyſus* Thraciae fingitur barbatus, d. arundinem, ſ. cornucopiae et ſimul vrnae aquas vomenti innixa. n. Deulti in Gordiano Pio. *Vaill.* Col.

— *Parpar* forte in n. Damaſci. *Gaſſeme* V. p. 346.

— *Parthenius* Paphlagoniae, ΠΑΡΘΕΝΙΟC, qui iuuenili facie decumbens, d. arundinem, ſ. cubito innixus monticulis, vnde aqua n. Amaſtris in M. Aurel.

— *Pennaeus*, ΠΗΝΑΙΟC, *al. Pinnaeus*, barbatus decumbens, dextram ſuper caput attollens, ad obſcuritatem capitis, ſeu ortus indicandam, ſ. vrnae impoſita cornucopiae tenet. n. Aegaeenſium Aeolidis in Trai. Decio. *Vaill.* Gr. Sed conſulendus eſt *Kbell.* ad *Haym* Th. Br. Tb. 36. fg. 1. p. 292. obſ 18

— *Pyramus* Ciliciae, ΠΥΡΑΜΟC barba inſignis decumbit, ſ. vrnae innititur et cornucopiae ſuſtinet, arundinem. n. Anazarbi, Hierapo Phrygiae. vid. etiam *Eleuthero* Cices ΠΡΟΣ ΤΩΙ ΠΥΡΑΜΩΙ.

Fluuius Rhenus Germaniae notiſſimus. — decumbens, cum denominatione RHENVS. n. Druſi Senioris; *it*. Domitiani. — omiſſo nomine decumbens. n. M. Aurelii. *Patin*. Impp. p. 234. — hominis quoque figuram praeferens, duobus vero cornibus in fronte additis n. Poſtumi. *Spanh*. Pr. I. p. 395. vid. RHENVS. — ALEMANNIA SVBACTA. — SALVS PROVINCIARVM.

— *Rhodius*, ΡΟΔΙΟϹ, virili ſchemate et imberbi decumbens, d. cymbae gubernaculum, ſ. vrnae innixa. n. Dardaniorum.

— *Rhaedias* Macedoniae, iuncto Erigone fluuio. n. Stobenſium. *Guſſeme* VI. p. 45. vid. *Erigon*.

— *Rhyndacus*, ΡΥΝΔΑΚΟϹ, ortus ex Aganitide iuxta *Strabonem*. — barbatus decumbens, d. cymbam tangit more fluuiorum, qui nauigabiles in mare dilabuntur, ſ. vrnae impoſita. n. Apolloniae Myſiae.

— *Sagaris* Phrygiae, σάγαρις. *Plutarch*. flum. p. 41 ſq. *Mauſſac*. p. 274 ſq.) *Vib. Sequeſt*. p. 112. — decumbens barbatus, d. herbam, ſ. arundinem, pro pedibus cymba, addito nomine ϹΑΓΑΡΙϹ. n. Nicaeenſ. — Bacchus ſtans inter duos fluuios, adſcriptis nominibus: ΒΙΛΛΑΙΟϹ n. Antonini Pii a Tianis. *Morell*. Specim. rei numar. p. 175.

— *Saocoras* Meſopotamiae, in n. Singarae figura natans. *Guſſeme* V. p. 103.

Sardo Bithyniae, idemque *Billaeus* in alio Tianorum numo cum lemmate: ΒΙΛΛΑΙΟϹ ϹΑΡΔΩ ΤΙΑΝΩΝ.

Scamander, Σκάμανδρος, Troadis. *Plutarch*. flum. p. 43 ſq. *Mauſſac*. p. 280 ſq. — barbatus decumbens, d. prorae cymbae adponit; *al* d. herbam, ſ. vrnae innixa cornucopiae. n. Ilienſium cum denominatione ϹΚΑΜΑΝΔΡΟϹ.

Fluuius Scirtus Meſopotamiae. — natans figura, n. Edeſſae. *Guſſeme* V. p. 120.

— *Scopas* Bithyniae, ſub muliebri effigie decumbens, d. ſpicas et papauer, ſ. vrnae ad montis radices poſitae impoſita arundinem tenet. n. Iuliopolis cum capite Getae et fluuii nomine ϹΚΟΠΑϹ.

— *Selinoes* Siciliae, prope exciſae Selinuntis vrbis rudera; conf. *Amicus* in Lex. Topogr. Sicil. Vol. II. p 324. — taurus facie humana, addito lemmate ΣΕΛΙΝΟΕΣ. n. Selinuntis. *Torremuzza* Sicil. Num. Tb. 66. fg. 6.

— *Selinus* Myſiae, ϹΕΛΕΙΝΟϹ. imberbis virili habitu decurrens, d. arundinem, ſ. cymbam tangit, ſimul vrnae impoſita. n. Pergam. *Vaill* Gr. — *Selinus* et Cetius, fluuii iuncti. n. Pergam. v. *Cetius*. — *Pergamus*.

— *Simaethus* Siciliae, ab incolis hodie vocatur *Giaretta*, ſiue *Fiume di San Filippo*, cui vrbes Agyrina, Catana etc. adiacebant, in earumque aere expreſſus cernitur. *Torremuzzae* Tabula numorum fg. 29. praefixa nouae collectioni Inſcriptionum Siciliae. — — *Hauercamp*. ad *Parut*. Sic. Num. ex Simaetho, Chryſa, atque Adrano vnum eundemque facit fluuium, diuerſis tantum vocabulis; ſed geographi omnes inter eos diſtinguunt.

— *Sipylus* nomen dedit Magneſiae, quae inde *Magneſia ad Sipylum*.

— *Strymon* Thraciae, Στρυμών. *Plutarch*. flum. p. 38 ſq. *Mauſſac*. p. 269 ſq. plurimo gelu ſtrictus. *Vib. Sequeſt*. p. 112. — obſeruatur in n. Vlpiae Pautaliae.

— *Sunias*, d ramum, ſ. vrnae aquas vomenti innixa. n. Pompeiopolis Ciliciae.

Fluuius TIBERIS in n. Hadriani et Antonini Pii legitur. Omiſſo nomine depictus in n. Neronis, Veſpaſiani, Traiani, M. Aurelii, Pertinacis, Getae.

— *Tigris* Armeniae, Τίγρις. *Plutarch.* flum. p. 83 ſq.) *Mauſſac.* p 323 ſq. - n. Traiani, L Veri, Alexandri Seueri. vid TIGRIS.

— *Titelius*, ΤΙΤΗΛΙΟC, vt ad fluuii decumbentis figuram in Trai. Decii numo apud *Haym.* Th. Br. II. Tb. 36 fg. 1. p. 292. ſed *Haymii* editor *Khellius* ib. obſ. 180. fluuii nomen reſtituendum exiſtimat ΤΙΤΝ-ΙΟC. In ſimili Decii numo cum eadem epigraphe ΛΙΓΕΩΝ et fluuio decumbente legerunt *Harduinus* et *Vaillantius* ΠΙΤΝΑΙΟC, ſed aequalis vtriuſque fluuii ignoratio eſt.

— *Vulturnus*, hodie dictus *Volturno*, Campaniae agros irrigat. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 665. — Bos humana facie eum fluuium adumbrat. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 12.

Fluuii nomina vrbibus, praecipue Siculis, dederunt, non vrbes fluuiis, prout obſeruat *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. p. 419.

— nomen ab vna, populi ab altera numi parte legi, idque in Siculis praeſertim numis inueniri, cenſet *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. p. 153. Sic in n. Catanenſium ab altera parte legitur ΑΜΕΝΑΝΟΣ, *Amenanus.* — Ita ΙΠΠ. ΡΙΣ, *Hipparis* fluuii nomen in n. Camarinae vrbis ab *Vrſino* ad rei ruſticae ſcriptores, et ab aliis profertur. — In Aſſorinorum etiam numiſmate ab vno latere CRYSAS vel CRYSAS dicitur, vbi fluuius ille ſub ſpecie viri nudi conſpicitur, ab altera ASSORV. — Pariter in n. Selinuntinorum ex ſententia *Burmanni* ad *Dorville* Sicul. Tb. 14. fg. 2. p. 428. additum vrbis nomini eſt ΥΨΑΣ, nomen fluuii *Hypſae.* — Item ΓΕΛΑΣ in n. Gelenſium. Siculi enim fluminibus perſaepe adſcripſerunt nomina; non ita Graeci Italiotae, quorum numi fluuiorum vocabula pertinaciter diſſimulant.

Fluuii diuerſis omnino modis in numis repraeſentati, plerumque adumbrantur in terra conſidentes, veluti liberi fecundae huius matris; vrnae innituntur, e qua tanquam ex fonte aqua profluit, altera manu nonnumquam arundinem, vel cymbam, ſiue cornucopiae in ſ. ſuper vrnam ſimul ſuſtinent, quales typi occurrunt in n. Acmoniae, Adanae, Aeliae Capitolinae, Amaſiae, Amaſtris, Anazarbi, Ancyrae Galatiae, Antiochiae Cariae, Apameae Phrygiae, Apolloniae Epiri, et Myſiae, Attaiae, Blaundi, Cadorum, Cataneae, Cibyrae, Cilbianorum Superiorum, Colophonis, Cretae, Cyzici, Damaſci, Deulti, Dioſhierae, Epheſi, Germes Helleſponti, Gordi, Hadrianorum, Hadrianopolis, Hyrgaleae, Ilii, Iuliopolis, Laodiceae Cariae, et Coeleſyriae, Leſbi, Magneſiae ad Maeandrum, et ad Sipylum, Metropolis Phrygiae, Neapolis Samariae, Nicaeae Bithyniae, et in Cilbiano, Nicopolis Moeſiae, Odeſſi, Pautaliae, Pergami, Perinthi, Perperenae, Philippopolis Thraciae, Phocidis, Saittes, Sami, Sardium, Sides, Smyrnae, Tarſi, Thyatirae, Tii, Topiri, Traianopolis, Tripolis Cariae; *it* in n. regis Tigranis Armeniae; *it. Impp.* Iulii Caeſaris, Druſi Senioris, Veſpaſiani, Domitiani, Traiani, Hadriani, Antonini Pii, L. Aelii, M Aurelii, L. Veri, Commodi, Pertinacis, Seueri, Getae, Alexandri Seueri, Gordiani Africani I., Balbini, Gordiani Pii, Gallieni, Poſtumi, Probi, Conſtantini M., Hanniballiani, Iuliani Apoſtatae, Valentis. Conf. Fluuiorum imagines, quas ſiſtit *Muſ. Pembrok.* III. Tb. 82.) *Vaill.* Gr. Num. Impp. p. 5. 17. 22. 24. 25.

5. 38. 47. 49. 53. 55. 56. 58. 66. 3. 73. 83. 88. 94. 99. 116. 117. 37. 139. 149. 151 163. 170. 180. 34. 188.) *Guſſeme* Diccion. VI. . 45 ſqq.

Fluuiorum ſimulacra illa in numis am nomine vel ſine adpellatione iſiuntur; hos certo deſignare non t facile, de illis autem a *Vaill.* ir p. 342 ſqq. nominatur: ΒΙΛ-ΛΙΟΣ. ΕΡΜΟΣ, ΙΣΤΡΟΣ, ΚΑΠΡΟΣ, ΑΤ.ΤΡΟΣ. ΚΕΝΧΡΙΟΣ, ΚΕΤΙΟΣ, ΤΑΝΟΣ, ΛΥΚΟΣ, ΜΑΙΑΝΔΡΟΣ, ΜΑΡ-ΙΑΣ, ΜΕΛΗΣ, ΠΑΡΘΕΝΙΟΣ, ΠΙΤ-ΛΙΟΣ vel ΠΗΝΑΙΟΣ, ΠΥΡΑΜΟΣ, ΟΔΙΟΣ, ΡΥΝΔΑΚΟΣ, ΣΑΓΑΡΙΣ, ΣΑΡ-Ω, ΣΕΛ ΙΝΟΣ, ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ, ΣΚΟ-ΑΣ, ΥΛΛΟΣ. vid. *ſuis locis.*

Fluuii ſub muliebri vel virili chemate fere ſemper decumbentes ccurrunt; alii in alios influunt, et in mari ſe praecipitant. Illi rimi in alium influentes plurimi ab muliebri forma depinguntur; i vero aliquando barbati, modo nberbes, tanquam ad commercia arum idonei et nauigabiles, aut ui cum alium receperint, in alte-um ſe exonerant, addc quod ſub incipibus imberbibus ſignantur. ii barbati, vel quod magni ſint, l quod ſub Imperatoribus, bar-m nutrientibus, repraeſentantur. puli enim Auguſtorum exemplum fluuiorum a ſe pro numinibus torum ſimulacris depingendis uebantur. Conf *Io. Ge. Neu-mn.* diſſ. de imaginibus fluuiorum x numis) Wittenb. 1691. 4.) *anbem.* Epiſt. IV. ad *Morell.* ad lcem *Liebii* Goth. Num. p. 514 q.) *Vaill* diſſ. de numo Traia-, apud *Woltereck.* El. Num. p. 5. *it.* Num. Graec. p. 342 et ſſim; *it.* Num. Colon. II. p. 2. 180.

Fluuiis figuram hominis tribuere in numis exhibere veteres in pri-s ſolebant Siculi; ita videntur uius *Acragas* in Agrigentinorum, *ela* in Geloorum, Amenanus in Catanenſium, *Cryſas* in Aſſorino-rum, *Hypſas* ſub iuuenis formoſi ſpecie in Selinuntinorum, *Hipparis* in Camerinenſium numis, aliique; de quo fuſius egit *Torremuzza* tam in exercitatione de Graecis Siculo-rum dialectis edita in limine operis Siciliae Veter. Inſcript. quam in primo et ſecundo Auctariis ad Sicil. Numiſm. *Parutae*, quae exſtant in XI. et XII. Volum. operis cui titu-lus: Opuſcoli di Autori Siciliani etc. Nec non *Burmann.* ad *Dor-ville* Sicul. p. 423.

Fluuios, qui in mare ſe exone-rant, deſcribebant antiqui admo-dum ſenes barbam promittentes, cum alios referrent ſub forma viri iuuenis, alios habitu florentis fe-minae; ſub figura quidem iuuenis, ſi fuerint nauigabiles; ſub feminae autem forma, ſi naues neutiquam ferant, atque in alium nobiliorem fluuium ſeſe exonerent. Sic.

Fluuius muliebri habitu decum-bens depictus eſt *Billaeus.* Muſ. *Alb.* I. p. 122.) *Vaill.* Arſacid. II. p. 403. pariter *Beleus, Hermus, Hyllus*, *Scopas*, alii.

— — — d. arundinem. n. Trallium.

— — — d. arundinem, ſ. vrnae innititur. n. Phocaeenſium Aeolidis, Samiorum, Saittenorum. v. ΕΡΜΟΣ, *Hermus.*

— — — cum vrna. n. Sait-tenorum. v. *Hyllus.*

— — — d. innixus vrnae aquas vomenti, pone fluuii imagi-nem Mercurius et arbor, n. Hadria-neorum.

— — — d. ramum, prope cymba, ſ. cubito vrnae impoſito. n. Dardaniorum.

— — — d. ſpicas et papauer, ſ. vrnam et arundinem. v. *Scopas.*

Fluuius muliebri habitu ſed turrita eſt mulier rupibus inſidens. n. Ptolemaidis Phoeniciae. v. *Beleus*.

Fluuius ſub virili forma depictus, quod in mare ſe praecipitet. *Vaill.* Gr. p. 40 et paſſim.

— *capite radiato* decumbens, d. pateram, ſ. cornucopiae et ſimul vrnae innititur. n. Odeſſenorum Thraciae.

— — — *Hermus* imberbis decumbens cum ramo et cornucopiae, itidem vrnae innixus. n. Caduenorum.

— — — *Nilus* barbatus cum loti flore. n. Aegyptius in Tito.

Fluuius barbatus, e. c. *Calycadnus*, *Danuuius*, *Erigon*, *Iſter*, *Marſyas*, *Meles*, *Nilus*, *Panyſus*, *Peneus*, *Pyramus*, *Rhyndacus*, *Sagaris*, *Scamander* etc. Conf. *Vaill.* Gr. p. 5. 15. 35. 59. 102. 147. 170. 183.

— — *decumbens*, prout in n. Antiochiae Cariae, Nicaeae, Smyrnae, Tripolis.

— — — d. cymbam tangit, ſ. cornuc. impoſita. v. *Rhyndacus*.

— — — d. arundinem prope cymbam, ſ. rupibus innixa. n. Amaſiae.

— — — d. arundinem, ſ. innixa vrnae aquas vomenti. n. Caeſarenſium Bithyniae, Cretenſium, Samiorum. — ſed ſ. cornucopiae. n. Deulti, Sami.

— — — d. vrnae impoſita, ſ. arundinem. n. Nicopolis ad Iſtrum.

— — — d. cornucopiae, ſ. vrnae adpoſita. n. Amaſtris Smyrnae. v. *Meles*.

Fluuius barbatus decumbens vrnam, a qua duo palmae rami vrnae aquas vomenti innixa. n. detum.

— — — d. extenſa, ſ. mero temonem gerit inuerſ Smyrnae.

— — — d. ſuper ca vrnae impoſita cum c. copi Aegaeenſ. Aeolidis. v. *Pen*

Fluuii Nili barbatum caput, quod puer e cornucopiae e n. Claudii ab Aegyptiis. M in Claudio Tb. 8. fg. 13.

Fluuii duo barba inſignes. n. gneſiae ad Maeandrum. — in rum medio Diana cum duabus ctoriis per aera volitanti Magneſiae.

— — alter barbatus, imberbis, *Erigon* et *Rhoed* Stobenſium, quorum vrbs ad confluentiam condita videtur.

— — alter barbatus, ſine barba, Diana interme Epheſ.

— — alter barbatus, d. dinem, ſ. c. c. vrnae aquas v ti innixa; alter muliebri eff etiam arundinem, laeuo cub riter vrnae innixo. n. Deulti, vrbem alter interfluit, alter luit, infra autem confluunt.

Fluuius virili ſchemate *berbis*, quod non ſit, vel nauigabilis. e. c. *Billaeus*, C *Cryſas*, *Cydnus*, *Hermus*, *rius*, *Maeander*, *Marnas*, *nus*, *Parthenius*, *Rhodius*, S etc. Conf. *Vaill.* Gr. p. 109. 118. 143. 154. 158. 1 177.

Fluuius imberbis decumb arundinem, ſ. aquas vom nixa. n. Epheſi, Magneſiae Metropolis Phrygiae, Nicae

Sardiani, Tabalae, Temni, ·olis Cariae.

'uuius imberbis decumbens, d. dinem, ſ. cornucop. n. Apa-ɜ. -- et ſimul ſ. vrnae inniti-n. Blaundi Lydiae v. *Hippu-. it.* n. Tabalae Lydiae. vid. *mus.*

- — — d. cornucopiae. n. meae.

· — — d. cornuc. et ſ. e impoſita. n. Blaundi, Sami, iris.

· — — d. arundinem ge-ſ. cymbam tangit vrnae inni-ı. Pergam. vid. *Selinus.*

· — — d. cymbam tangit, 'nae impoſita. n. Nicopolis ad m

· — — d. cymbae guber-lum, ſ. vrnae adpoſita. n. Dar-ɔrum. v. *Rhodius.*

'uuius decumbens. n. Adanae, ochiae, Damaſci, Ilii, Ni-e etc. — cum inſcr. GERMAN. VTI. n. Aemiliae g.

· — ſ. cubito vrnae aquam enti innixus. n. Sami.

· — ſ. vrnae innixus, d. ı. n. Pſophidiorum. v. *Eri-thus.*

· — cum vrna ſub quadri-n. Thyatirae.

— d. vrnam cum temone. VPHRATES.

· — d. vrnam, ex qua aqua re arcu profluit, ſ. arundinem. \egii Achaiae, Nicopolis ad m.

· — d. arundinem, Ancyrae tiae, Cibyrae, Smyrnae, Tral-etc.

Fluuius decumbens d. arundinem, ſ. vrnae aquas vomenti innixa. vid. AQVA TRAIANA, *Cayſtrus, Cenchris, Corſymus, Hales, Halys, Hermus, Hippurius, Imbraſius, Iſter, Maeander, Marnus, Marſyas, Meles, Parthenius, Rhenus, Selenes* etc. *it.* n. Aphrodiſ., Blaundenſium, Cadorum, Dioſheritarum, Erythraeorum, Germenorum, Magnetum Lydiae, Metropolit Phrygiae, Nicaeenſium, Nicopol. ad Iſtrum, Philippopolit., Phocenſ, Samiorum, Temnitarum, Trallianorum, Tripolit. Cariae etc. — et ſimul ſ. cornucopiae tenet. n. Anazarbi, Blaundi, Colophonis, Tabalae Lydiae.

— — ſub arbore, d. arundinem, ſ. vrnae innititur; ex aduerſo ſt. Mercurius, d. crumenam, ſ. caduceum, pro pedibus aries. n. Hadrianor. Bithyniae.

— — cum arundine et oleae ramo. n. Vlpiae Pautaliae.

— — d. ramum, ſ. cornucopiae. n. Magneſiae Sipyli, Pergami.

— — d. ramum, ſ. vrnae aquam verſanti impoſita. n. Attaeae, Hadrianopolis, Metropolis Phrygiae, Pompeiopolis Ciliciae.

— — d. remum, ſ. vrnam, ex qua vnda profluit. AV. Hadriani. — et ad pedes nauis. n. Nicopolis ad Iſtrum.

— — d. icunculam gerit, ſ. cubito vrnae aquas vomenti innixo cum cornucopiae. n. Damaſci.

— — d. cornucopiae, ſ. vrnae innixa. n. Hadrianopolis, Philippopolis, Vlpiae Pautaliae.

— — d cornuc. prope arundo, ſ. vrnae innititur, aquila ſuperuolat. n. Perperenae.

— — d. ancorum ad horizontem inclinatam; *al.* perpendiculari ſitu;

ſitu; *al.* retro inclinatam. n. Hadriani.

Fluuius decumbens ſ. ancoram inuerſam, d. ſpicas. n. Philippopolis Thraciae.

— — d. ſpicas et papauera. ✝. *Scopas.*

— — d. papauer cum ſpicis, ſ. arundinem. n. Pautaliae Thraciae.

— — d. lyram, ſ. arundinem. n. Amaſtris. v. *Meles.*

— — d. cymbae gubernaculum. v. *Rhodius.*

— — nauim contingit, ſ. vrnae innititur, ex qua aquae profluunt. n. M. Aurelii.

— — a dextris nauis cum velo, ſ. vrnae innixa, n. Apolloniae Epiri. v. *Aous.*

— — d. Dianam Epheſiam. n. Epheſi.

— — d. pateram. n. Cyzici.

— — d. elata, ſ. cornuc. et ſimul vrnae innititur. n. Nicopolis ad Iſtrum.

— — d. cubito terrae innixo, ſ. pinum ſuſtinet. n. Antandri Troadis v. *Cilleus.*

Fluuius emergens repraeſentatur in n. Aeliae Capitolinae, Antiochiae Syriae, Bybli, Caeſareae Palaeſtinae, Capitoliadis, Carrharum, Damaſci, Edeſſae Meſopotamiae, Epheſi, Emiſae, Germaniciae, Hadrianopolis, Laodiceae Cariae, et Syriae, Mytilenes, Orthoſiae, Pompeiopolis Ciliciae, Ptolemaidis, Rheſaenae, Sagalaſſi, Sami, Samoſatae, Sebaſtes Ciliciae, et Samariae, Sides, Sillii, Singarae, Tarſi, Tauii, Tripolis Syriae; *it.* Aretae, regis Arabiae.

Fluuius emergens pro pe[illegible] nii ſeu mulieris ſedentis. n chiae Syriae, Caeſareae (ciae, vel Syriae, Demetri riae, Edeſſae, Rheſaenae, tae, Sides, Singarae, Ty[illegible]

— — ad pedes genii inſidentis. n. Antiochiae Bybli, Damaſci, Samoſatae, Ciliciae, Sillii, Smyrnae,

— — et deſuper arans. n. Rheſaenae Meſop — ſed deſuper templum. n coloniae.

— — ad pedes Apolli[illegible] *Cilleus.*

— — ad pedes Imp. tiani ſtantis. v. *Rhenus.*

— — pro pedibus Im[illegible] modi in equo. n. Mytilenes

Fluuii figuram Imperat culcat. v. *Euphrates.* —

— — pede calcat Aſ *Aſtarte.*

Fluuius Danuuius ſ. ar tenet, d. Daciae iacentis premit, d. genu eius femo ſito, n. Traiani.

— ſtans d. vrnam, ſ. c piae. n. Aſſori.

— ex monte defluens d[illegible] n. Magneſiae Sipyli.

— inſidens monticulis, d. nem tenet, ſ. vrnae aquas ti impoſita. n. Topiri Thra

— iacens ſub ponte cu dine. v. DANVVIVS.

Fluuii cuiusdam dimidi pus. n. Syracuſanorum. — cilia paſſim flumina exhibe midio corpore, praeſertim

ı; in Graecia Magna perraro, e a ſolis Neapolitanis.

luuius hinc et inde, n. Nea-ſ Syriae.

luuii duo barbati. n. Magneſiae Maeandrum.

- — alter barbatus alter im-ɔis. n. Deulti, Stoborum.

- — et Diana intermedia. n. eſi, Magneſiae

- — decumbentes cum vrnis. Apameae, Laodiceae ad Lib-, Perinthi, Saittes Lydiae.

- — decumbentes ex eodem e. n. Amaſiae.

- — *Caper* et *Lycus*, ad a figura natans, *al.* ad latus icuncum temone Laodic. Phrygiae.

- — ſedentes muliere inter-a, quae ſtans, d. elata duas s f. nauis gubernaculum inuer-n. Galbae. *Schulz* MzCab. II. I. fg. 2. p. 28.

- — ſedentes cum arundine rna, ex qua aqua profluit, de-r Imperator ſtans a Victoria natur, quo ſimul dextram iuncum figura militari. Æ max. liani Pii. *Cimel. Vindob.* II. 74. fg. 2.) *Eckhel.* Cat. II.

- — humi procumbentes, qui manu arundinem tenet, altera e innituntur, ex qua aqua pro-, intermedio Imperatore paluda ante, d. haſtam f. ſceptrum. *Æ*. ieni. *Cimel. Vindob.* I. Tb. g. 6. p. 16.) *Eckhel.* Cat. II.

- — *Selinus* et *Cetius*, inter ı *Aeſculapius* ſupra cippum n. ;am. v. *Aeſculapius*.

- —, *Billaeus* et *Sardo*, in-quos *Bacchus*. v. *Bacchus*.

Fluuii duo barbati, *Cayſter* et *Cenchrius*, intermedia *Diana* v. *Ephesus*.

— —, *Maeander* et *Marſyas*, *Diana* intermedia. v. *Diana*.

— —, *Caper* et *Lycus*, inter quos *Genius* ſedens. v. *Caper*.

Fluuii caput in numis Siciliae perfrequens eſt, e. c. in n. Agyrinae, Agrigenti, Catanae. Gelae etc. numis, apud *Torremuzzam* Sic. Num. Tb. 11. fgg. 7. 9. et paſſim.

— — iuuenile nudum cum duobus cornibus, ante quod ramus, niſi corona eſt, totum corpus ambiens. Æ. Agyrii Siciliae. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 4. fg. 7. p. 46. An hoc capite *Simaethus* cui vrbs Agyrina adiacebat, an *Chryſus*, qui Agyrinorum agros rigabat, indicetur dubitari poteſt. *Hauercamp.* ad Num. *Parutae* p. 634. ex Simaetho, Chryſa, Adrano vnum eundemque fluuium, quidem facit diuerſis tantum vocabulis, Geographi vero omnes eos diſtiguunt.

Fluuii tauriformes, ſeu cum cornibus taurinis in numis ſaepe exhibentur; quae cornua eis tribuuntur vel ob mugitum taurorum aquae ſonitum ſimilem, vel ob flexus alueorum, qui cornua dicuntur apud *Strab.* L. X. p. 458. Sic *Achelous* cum taurino cornu depictum exhibent vetuſti numi Ambraciotarum et Acarnanum, quos male *Nonnius* ad *Minotaurum* refert. Vulgo enim iſte barbatus, ille imberbis. Eadem etiam forma *Achelous* fluuius in Etruſca, vt vocant vrna e lapide tophaceo apud *Gorium* Muſ. Etr. T. II. Tb. 122. n. 11. exhibetur, atque in gemma apud *Mariettum* Pierres grav. T. II. fg. 76. — In numo Poſtumi Imperatoris *Rhenus* fluuius bicornis ſignatus, quod nempe in duo brachia ſcindatur.

Fluuiis Magnae Graeciae et Siciliae placuit corpus taurinum humano vultu, quod fluuii ſymbolum fuſius demonſtrauerunt *Nonn.* ad Golz Graec. vet. p. 76. 120.) *Schlaeger.* comment. de numo Alexandri M. c. 12.) *Hauercamp.* de Alexandri M. numiſmate p. 20 21.) *Neumann.* Pop. Num I. p. 7 ſq. 197. II. p. 116.) *Torremuzza* in prolegom. ad Sicil. vet. Inſcriptiones p. 26. *it.* in proemio nouae collectioni Inſcript. Siciliae praemiſſo p. 27. 28. *et* in tertio ad Siciliam numiſmaticam auctuario. — Aliquando etiam corpus humanum tauri cum capite in eiuſdem regionis vetere moneta obſeruatur. Teſtis huius rei eximius et antiquiſſimus Metaponti in Lucania numus argenteus, qui muſeum ornat regium Neapolitanum, cuius ectypon e *Magnani* Lucania Numiſm. Tb. 34. fg. 3. reſtituit *Neumann.* Pop. Num. I. p. 8 ſq. vbi monſtrat, antiquiſſimis fuiſſe temporibus Magnae Graeciae fluuios, qui Minotauri ſpeciem interdum ſimulauerint, licet alias, perpetua fere lege, tauri corpus induerint cum facie hominis. — *Vulturnum,* laetiſſimos Campaniae agros irrigantem, bos humana facie adumbrat. *Neumann.* ib. p. 12.

Fluuii biforme monſtrum pluribus in Siciliae ciuitatum numis occurrit, illudque ſcriptores fere omnes, et quidem magni nominis *Minotauri* figuram eſſe cenſuere, quam Siculae ciuitates expreſſam in numis voluerunt ad eorum e Cretenſibus originem demonſtrandam. Hanc ſententiam tot doctiſſimorum virorum generali conſenſu deceptus etiam tenuit princeps *Torremuzza* et paſſim monſtrum hoc Minotaurum dixit ſuis in ſcriptis, et praeſertim in catalogo numophylacii ſui edito anno 1767. Poſtea vero *Iacobi Martorellii* Opus Italice ſcriptum, cui titulus: Delle Antiche Colonie venute in Neapoli etc. impreſſum Neapoli 1764. cum percurreret, lo-
cum inuenit Vol. I. p. 229.
fuſius de huiuſmodi figura, (
in numis, accurate diſquiri
Minotaurum non eſſe demon
Cretenſe ſiquidem monſtrum
ſiphaes cum tauro concubitu
quemadmodum fabulatore
menti ſunt humanum habuit
ad collum vſque, cui ſuperim
erat tauri caput, prout ex
Apollodoro, et *Hygino,* quib
poteſt *Palaephatus* de fabul
ration. L. I. c. 2. et ex v
monumentis, Theſei ſcilicet
ra, quae eſt in regio Neap
muſeo, et Athenienſium numi
Theſei pugnam cum Minotau
ferentibus *Martorellus* o
Cumque Siciliae et Campan
mi non hominem taurino
ſed e conuerſo taurum hum
cie habeant, hinc feliciter
duntur ſententiae tot viroru
Minotauri imaginem hanc eſ
rant. — *Petrus Carrera*
in Monum. Hiſtoric. Catanae
p. 342. opinatus eſt, monſtru
in Catanae numis ſymbolic
figuram, qua veteres arator
ras in colendis agris labor
ferentium indicare voluerunt
ſententiae adhaeſit *Hardui*
ad *Plin.* Hiſt. Nat. L. III.
p. 162. Quo tamen ex fo
ſtema hoc expiſcatum ſit, ne
ideo inter *Carrerae* inue
Harduinici ingenii ſym
etiam et hoc reiiciendum d
— *Spanhem.* Pr. I. p. 28
dori Apollodori et *Hygini*
Minotauri deſcriptiones pr
lis habuit, ſuſpicionem pr
rem tamen in medio, prou
erat, reliquit. — *Alexius*
chus Mazochius Comment.
neas Heracleenſes Tabulas
Neptunum hac forma a vi
effigiari ſubdubitauit; quae
huic ſententiae aduerſantur,
fuit auctor ſupra dictus. Op
Neapolitanis Coloniis Vol.
231. cuius *Martorellii* dein
tentia fuit, hanc eſſe imagi
bouis, cuius cultum Phoen

iac in Campaniam et in Siciliam uxere. Nititur eius argumentum odam *Macrobii* loco in Saturnaus L. I. c. 18. quem iam antea ttulerat *Lud. Anton. Muratorius* nouo Theſauro veterum Inſcrionum Vol. I. claſſ. 1. p. 97. in) dicitur, Liberum Patrem eunn ac Solem eſſe, eiuſque ſimura veteres, partim puerili, par- i iuuenili aetate effingere ſolitos e, interdum etiam barbata ſpecie ſenili, vti Graeci illius, quem ſſarea, ſiue Briſea, et in Campa- i Neapolitani Hebonem adpellant. quamuis ex *Macrobii* verbis, aecos et Neapolitanos Baſſareum e Hebonem ſenili forma effinxiſſe tum ſit, non inde ſequitur, neque eo habetur, taurino corpore, de vero hominis illum figurari; ue ad hoc demonſtrandum prount ea, quae ex eodem *Macro-* poſterius retulit *Martorellius:* uram nempe tauri ad Solem rei; nam eo in loco loquitur de diaci ſignis, vti ſunt aries, ſcor- , leo, taurus et alia, quae iux- *Macrobii* mentem, qui ethniam omnem cultum Soli directum ſibi perſuaſit, veteres ad Solem rebant. His adde, mirum cerſſe. Phoenices *Hebonis* figuram forma ſolum in Siciliam et in mpaniam induxiſſe, nullamque ea penitus memoriam inueniri tot Phoenicum coloniis paſſim Europam, Aſiam et Africam uctis, neque in ipſius Phoeni- : ciuitatum monumentis. Bouis aum, ſiue tauri paruum fictile um, Neapoli effoſſum. in cuius legitur: ΝΥΜΨΙΟΥ ΤΥΡΙΟΥ ΝΟΣ Ο ΒΟΥΣ a *Martorellio* p. . relatum, nil ad hanc rem facefacile quiſque cognouerit, qui capite, quemadmodum ingenue m ſcriptor confeſſus eſt, inuena eſſe animaduerterit. — *Pe- s Burmannus* Secundus in Comnt. ad Numos Siculos *Iac. Phil. rvillii* p. 390. biformi hac tauet hominis figura veteres *proxira ipſis flumina* exprimere voluiſſe ſtatuit; en eius verba: Admiſſa ſemel ac adnotata hac obſeruatione, nempe Acheloi fluminis in Oeniadarum numis, eam nobis vſu venire experiemur in aliis etiam numis, quos Minotauri capite inſignitos vulgo iactant, in quibus non dubito, cornuta eiuſmodi capita potius referenda eſſe ad fluuios vrbibus illis, ad quas numi ſpectant vicinos. Sententiam hanc iam pridem antea propoſuerat *Petrus Carrera* in Opere ſuperius citato: Memorie Storiche de Catania etc. p. 63. eaque figura in Gelae vrbis numis fluuium ipſum Gelam indicari firmauerat. — Poſtrema haec opinio inter omnes aptior viſa eſt principi *Torremuzzae* neque diu ad eam amplectandam anceps fuit, et quidem ex hiſce rationibus:

Primo: Fluuius in ethnicorum religione diuinos honores habuiſſe nemo negabit, qui *Gerardi Ioannis Voſſii* de Idololatria etc. c. 79 ſq. et *Iuſti Fontanini* de Antiquit. Hortae etc. L. I. c. 8. item *Ioa. Gottlieb Boſſeck*, diſſertatt. II. de cultu fluminum, Lipſiae. 1743. aliorumque opera percurrerit. Cauſas inſanae veterum erga fluuios religionis ac diuinitatis comprehendit paucis *Maximus Tyrius* Serm. 38.,, Eſt ſuus, inquit, fluuiis honor aut ob vtilitatem, quomodo Aegyptii colunt *Nilum*; aut ob pulcritudinem, vt *Peneum* Theſſali; aut ob magnitudinem, vt *Iſtrum* Scytae; aut ex fabula, vt Aetoli *Acheloum*; aut ex lege, vt Spartiatae *Eurotam*; aut ex ſacro inſtituto, vt *Iliſſum* Athenienſes.,, Atque huic tribuendum eſt veteris orbis erga fluuios pietati, quod eorum effigies in numis toties niteant. — Siculos ante omnes tali fuiſſe cultui addictos tradit *Cicero* orat. in Verrem Act. II. L. IV. c. 44 qui *Cryſam* amnem ab Aſſorinis diuinis cultum honoribus oſtendit, et vberius *Aelianus* variar. Hiſtor L. II. c. 33. In Sicilia Syracuſani *Anapum* flumen viro adſimilarunt, Aegeſtani autem *Porpacem*, *Crymiſſum* viro-

virorum ſpecie venerantur. Deque hoc plura fuſius notauit *Torremuzza* in Colleſt. veter. Panormit. Inſcript. 1762. p. 322.

Secundo: Fluuios taurina forma veteres expreſſiſſe obuium eſt, prout habetur ex eodem *Aeliani* loco citato: „Fluuiorum naturam et fluenta eorum oculis cernimus; nihilominus tamen qui colunt eos, et imagines eorum fabricantur, partim forma humana eos conſecrarunt, partim boum figuram eis adfinxerunt; bubus quidem adſimilant Stymphalii Eraſinum et Metopam, Lacedaemonii vero Eurotam Sycionii et Phlyaſii Aſopum, Argiui Cephiſſum, et a *Strabone* Geograph. L. X. Qui autem ex fabulis verum colligunt, tauro ſimilem forma Acheloum aiunt, vt et alios fluuios ob ſtrepitum eſt flexus alueorum, qui *cornua* dicantur; hinc *Virgil.* Georg. L. IV. vſ. 371. de Eridano:

Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus.

Et *Horatius* L. IV. od. 14. de Aufido Apuliae fluuio:

Sic tauriformis voluitur Aufidus etc.

Tertio: Fluuios humana etiam facie vno aut duobus adiectis cornibus veteres effingere ſolebant; cuius rei perenne nobis exhibet teſtimonium in primis *Ouidius* Metamorph. L. XIII. vſ. 893 ſq. vbi de Aci in fluuium verſo loquitur. Quod et idem obſeruatur in pluribus Siciliae numis, prout ſunt Agrigentinorum nonnulli, qui caput iuuenile cornuta fronte praeferunt, cum fluuii nomine ΑΚΡΑΓΑΣ, qui prope ipſius vrbis moenia decurrebat. Idem caput iuuenile cornutum habent Catanenſium numi, addita fluminis denominatione ΑΜΕΝΑΝΟΣ. Conſimilem referunt effigiem Gelenſium numi, quibus eſt inſcriptum ΓΕΛΑΣ, *Gelae* fluminis nomen. In Selinuntiorum numis vir cernitur cornuta fronte ad oram ſacrificans, eſtque ei adpoſ ΤΨΑΣ, *Hypſa* fluuius is erat Selinuntiorum agros proflue Camarinenſium numis iuueni cernitur effigies fronte corn adiicitur epigraphe ΗΠΠΑ oſtendendum tali ſpecie figu men *Hipparim,* qui prope nam decurrebat. Aſſurenſ dentur numi cum iuuenis cornuta fronte, hydriam dextra, et inſcriptione Cl quod erat nomen fluuii in fium finibus profluentis. N tandem pariter ſunt numi mili capite iuuenili, addito ΑΣΣΙΝΟ, quod eſt *Aſſinis* f — Exſtat praeterea apud *bem.* Pr. I. 395. rariſſimum mi Imperatoris numiſma, in vna parte conſpicitur *Rhe* uius hominis Figuram prae duobus cornibus in fronte — Tandem luce ipſa me clarius eſt, *Acheloum* amnem ipſa forma, tauri nempe hu habentis faciem vno, aut additis cornibus, effigiatum numis Ambraciotarum, Aca rum et Oeniadarum, qui cuique patent apud *Spanh* I. p. 396.) *Geſner.* Tb. 8.) Recueil I. Tb. 12 et 13.

E quibus omnibus *Torr* princeps ſtatuendum cenſe ſtrum hoc biforme in *Ca* numis figuram eſſe fluminun *ni, Vulturni, Scheti* alion ea in regione profluentium; illis, qui ad *Siciliae* populo bes ſpectant, ſymbolum eſſ rum, quae proximiora eſſe tibus ipſis erant, ita vt Sy norum numis exprimatur *Ana* uius, in Catanenſium aut *nus,* aut *Simaethus*; in Gel *Gela;* in Panormitanorum (in Agyrenſium, quorum in Maximi moduli numiſma, humanam faciem habentem rens exhibet *Torremuzza* ir la numorum nouae collecti ſcriptionum Siciliae 1784.

aut *Simaethus*, aut *Cryſas*, in Agyrinenſium fines pro- ; in numis Tauromenita- *Onabala*; in n. Entellino- Selinuntinorum *Hypſa*; in n. nſium *Alabus*; et tandem in o Himerenſium numo, quem *Torremuzzam* l. c. fg. 30. s, taurus ille humana facie ıs, fluuius eſt *Himera ſe- onalis*, qui prope ipſius ci- moenia decurrebat.

laus Ignarra ad calcem com- ii ſui de Palaeſtra Neapoli- 232 ſqq. nouum de hac ſe- s barbati viri figura, quae numis tam Siciliae, quam niae, propoſuit ſyſtema: cum nirum *Acheloum*, apud vete- nmune aquarum vocabulum. quidem adſerit, monſtrum bi- eſſe ſymbolum figuramque reliquum vero, an ad Ache- t ad typum aquarum et abun- prout ipſi videtur; an po- l contermina fluenta regio- larum et ciuitatum, ad quas pectant, ſymbolum hoc eſſet d m, ab ipſis numis, tan- ı viuis et loquentibus teſtibus plorandum. — Perſpicuum x ante adnotatis eſt, in n. ntinorum, Gelenſium, Cama- um, Selinuntinorum, Cata- n, Aſſorinorum et Naxiorum s illos cornuta fronte addi- criptionibus: ΑΚΡΑΓΑΣ, ΓΕ- ΙΠΠΑΡΙΣ, ΤΨΑΣ, ΑΜΕΝΑΝΟΣ s et ΑΣΣΙΝΟ imagines eſſe um *Acragantis, Gelae, Hip- Hypſae, Amenani, Cryſae* et , qui conterminos agros ciui- Agrigenti, Gelae, Camari- elinuntis, Catanae, Aſſori et adluebant; ex quo id dedu- n, vt ſi ſemibouis viri figu- eniatur cum iiſdem nominibus, ud indicare velle, fluuium il- uius nomen deſignatur. Hoc nt nobis in primis Geloo- umi paſſim obuii, quorum reſue inuenies in *Torremuz-* abula nouae Inſcriptionum

the Lex. Num. T. II.

Siciliae collectioni praefixa fgg. 23. 24. 25. in quibus biformis monſtri figura addita eſt fluuii denominatio ΓΕΛΑΣ, idem habetur in Selinuntinorum numo argenteo, quem idem princeps edidit in Sicil. Num. Tb. 66. fg. 6. Conſpicuus in eo eſt taurus humana facie et lemma additur ΣΕΛΙΝΟΕΣ, quod erat vetus nomen fluminis illius, hodie dicti *Madiuni*, prope excitae Selinuntis vrbis rudera decurrentis. His addi poſſunt *Hieronis* Syracuſarum et Gelae tyranni alii numi, qui in antica praeferunt equorum currus, et nomen ΙΕΡΩΝΟΣ, in poſtica vero facie ſemiuirum bouem, adiecta voce ΓΕΛΑΣ apud *Torremuzzam*, in tabula nouae Inſcriptionum collectioni praemiſſae fg. 33. et apud *Parutam* Sicil. Num. e quibus id certo firmari oportet, quodſi bouis figura ad Acheloum eſſet referenda, non ΓΕΛΑΣ, quod nomen eſt fluuii *Gelae*, ſed ΑΧΕΛΩΟΣ potius in eis fuiſſet inſcriptum. Neque hic dicatur, ΓΕΛΑΣ et ΣΕΛΙΝΟΕΣ voces eſſe adhibitas ad indicandum nomina vrbium Gelae et Selinuntis, ad quas numi ſpectant; perſpicuum eſt enim ex aliis quamplurimis earum ciuitatum numis, gentilitia earum ciuium nomina in eis expreſſa tantummodo eſſe ΓΕΛΩΙΩΝ et ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ vel ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΝΩΝ.

FOCA. vid. *Focas*, qui per F. exprimitur, non per Ph, vt in numis exſtat, pariter atque in veteribus inſcriptionibus, et in probatiorum auctorum ſcriptis.

Focas ſeu *Phocas (Flauius)* in Thracia ortus obſcuro genere; vir corpore animoque turpiſſimus, ab exercitu, qui conſpirauerat in Mauritium, adpellatus eſt, tunc centurio militum, Auguſtus A. V. C 1355. An. Chr. 602. Crudelem et libidinoſum ſe geſſit, praetereaque ignauum, et timidum, licet eſſet terribilis adſpectu. A Coſroe Perſarum rege, Mauritii necem inique ferente, laceſſitus bello eſt, et victus. Alii quoque

 reges,

reges, tum in Europa, tum in Aſia, tum in Aegypto contra eundem irruerunt, ſummo cum imperii damno atque ignominia. Facta in ipſum omnium conſpiratione, adclamatus eſt Heraclius, qui Focam proelio vicit et captum ignominioſo mortis genere confecit octauo imperii anno, Chr. 610. d. 5. Octob. A. V. C. 1363. — Leonto, ſeu Leontia, Focae vxor, genuit Domantiam, ſiue Domnentiam, quam in vxorem duxit Priſcus, ſeu Criſpus, Patritius Conſtantinopolitanus. — Poſt Focam ferme Imperatorum imagines in numis barbatae eſſe ſolent; quo diſcrimine vtuntur antiquarii ad numos ſimile nomen praeferentes proprio Imperatori adiudicandos.

Focae numi aerei vulgares, argentei rariores, aurei rari habentur. *Vaill.* Pr. lll. p. 295.) *Bimard.* ad *Iobert.* ll. p. 412. — Cuius numorum ectypos dedere, vel catalogis ſuis addidere: *Bandur.* ll. p. 671 ad 675.) *Beger.* Th. Br.) *Ducang.* p. 109 addita deſcriptione p. 110.) *Eckhel.* Cat Muſ. Vindob. ll. p. 540. 541.) *Guſſeme* Diccion. lll. p. 247. ad 250.) *Hanthaler.* Exercit. I. Tb. 3. fg. 10. p. 91. *Hulſius* Impp. Rom. fg. 93. p. 187.) *Mdb.* p. 580 ad 582.) *Muſell.* Impp. Tb. 258. fgg. 5. 6.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 71. fg. 4. p. 343.) *Patin.* Impp. p. 498 *et* Ind. p. 35.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 33. fgg. 6. 7. lll. Tb. 33. fg. 9.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* Tb. 28. fg. 7. p. 368.) Muſ. *Piſan.* Tb. 90. n. 1. p. 235.) Muſ. *Theup.* p. 373. 374.) *Vaill.* Pr. lll. p. 273.

Focae caput vel cum diademate crucigero, vel protome ipſius cum ſtemmate crucigero, d. globum crucigerum, *al.* d. volumen, ſ. globum cum cruce; vel Focas cum camelaucio crucigero a fronte, d. elata praeferens volumen ſiue acaciam, ſiniſtra pariter alata crucem; ſtola ex humeris deſcendente ad pectus in formam crucis.

Capitis Focae epigraphes ſunt: DN. FOCAS. — DN. FOCAS AVG. — DN. FOCA P. AVG. *al.* PER. *al.* PERP. AVG. — DN. FOCAS P. AVG. *al.* P. F. AVG. *al.* P. P. AVG. *al.* PEP. AVG. *al.* PERP. AVG. — DNN. FOCAS PЄRP. AVG. — DN. FOCA NEP. F. AV. *al.* NЄP. F. AV. *al.* NЄP. Є. AV. *al.* NЄP. Є. AVG. — DN FOCAS C. PЄ. AV. — DN. FL. FOCAS P. F. AVG. — FLAVII FOCAS PERP. AVG. *Vaill.* Pr. lll p. 273.) *Band.* ll. p. 671. 673. ſed FLAVIII etc. pariter atque apud *Ducang.* in caelatura p. 109. n. 2. at in deſcriptione eiuſdem numi e maximorum genere FLAVIVS etc.

Poſtica pars ita inſcripta: ANNO I. magno M intermedio cum crucicula ſupra, in imo exergo CONЄ. vel THЄVP. *Conſtantinopoli*, vel *Antiochiae.* — ANNO I. in medio XXXX. infra KYZA. — ANNO I. in medio X cum crucicula deſuper, infra P. — ANNO II. et M magnum, infra THЄVP. — ANNO II. in media XX — ANNO lll. et M magnum, infra A. al. XC. *al.* THEVP. vel THEЧP. — lll. ONNA loco ANNO lll. infra qVƎHT inuerſo ordine, pro THEVP. — ANNO llll. in medio XXXX. — ANNO Ч. in medio XXXX. — ANNO Ч. in medio X magnum. — ANNO Чl. in medio XXX. — ANNO llЧ. in medio K magnum — ANNO XXXX. — ANNO XXXXG. — ANNO XXXXIIII. — FOCA. — ΦK. — RAVENA. in medio K magnum. — VICTORIA AVGVSTA. — VICTORIA AVG. *al.* AVGG. *al.* AVGGB. *al.* AVGGF. *al.* AVGG△. *al.* AVGE. *al.* AVGЧE. *al.* AVGGS. *al.* AVGGΘ. *al.* AVGGH. *al.* AVGGI. *al.* AVGЧl. *al.* AVGGP. *al.* AVGЧZ. *al.* AVGGG. — VICTORIA AVGVSTI *al.* AVGVSTORVM. — VICTORI. FOCAS AVG. — I

mi-

:ſuper crux, ad latus N hinc M inde M aliud. a CONA. vel CONΔ. — XXIIII. infra KYZB. in imo NIKOB. — ra CON. *al.* CONΔ.

et ſocietates vrbium in- ɔuata cum vicinis non um diſſitis etiam populis us, in antiquis numis ex- ; rei ſymbolum in iiſdem ıctae. *Spanhem.* Pr. I. Aliud foederis faciun- n: duo viri ſtantes, al- o more veſtitus, alter baculo ſupra porcam ıuam fecialis genuflexus tenet. vid. *Fecialis.* — ›o in n. Vettiae ſiue entis *Foedus inter Ro-* *Tatium*, regem Sabino- gnatum? *Spanhem.* Pr. 204.) M. *Pembrok.* III. 11.) *Eckhel.* Cat. Muſ. 6. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. p. 543.) Olivier ſopra lio Samnitiche n. 3. 4. atio legitur Tom. XVII. :ientif. p. 241 ſq. et Vol. :. Acad. Etruſcor., Cor- 49 ſq.) *Vaill.* Fam. Ve- Similes exſtant apud ıeſ. Fam. inter incertos 3. C. D. — Vir inge- crofam tenet inter ad- s milites, quorum vnus et erectam, alter inuer- erque ſcrofam bacillo adſcriptum ROMA.)(geminum imberbe laurea- Veturiae gentis. *Eckhel.* 6. — Foedus inter Ita- ɔs initum ad extorquen- ımanis ius ciuitatis cre- :ſſum in Samniticis nu- .rgumentum offerentibus. ;i di Cortona T. II. et

populi Romani cum ex- is ſancita in numis obuia, fuſius *Spanhem.* Pr. II. p. 201 ſq. — Ritum pangendorum apud Romanos foederum, atque e *Cicerone, Liuio*, aliiſque notum, pulcre ante oculos ponunt Antiſtiae gentis numi, in quibus hinc caput Auguſti ac nomina; illinc duo feciales togati, qui veluti dextras iungunt ſupra aram inter eos accenſam cum inſcr. C. ANTISTIVS IIIVIR. FOEDVS P. R. CVM GABINIS. Sub aram porcam occiſam cerni tradit *Vaillantius*, quae tamen in numi icone, ab eo Fam. Rom. I. p. 75. fg. 4 *et* Pr. II. p. 16. adducta non comparet. *Liebe* Goth. Num. p. 34. 216. — vel ſcriptum eſt QVM. GABINIS, vt apud *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 8. p. 93.) *Gueſſme* III. p. 250. — vel QVVM loco CVM. ſic *Mdb.* p. 36. vid. *Antiſtia* gens.

Foedus Romanorum cum Theſſaliis exhibet numus apud *Arigonium* Num. Pop. Tb. 5. n. 3. et in Muſ. *Theup.* p. 1305. deinde etiam apud *Pellerin.* Tom. II Tb. 26. fg. 1. Quando autem, quaue de cauſa foedus hoc ictum ſancitumque fuerit, definire non auſus eſt *Oderic.* Num. Graec. p. 67. qui tria tamen tempora incidiſſe videt, quibus fieri id potuerit.

FOENICA male ſcriptum pro PHOENICE in numo Antonini Pii, quondam conſeruato in cimelio reginae Chriſtinae. Eſt in eo figura ſtans, d. coronam tenens, ſ. cornucopiae, pone palma. *Gueſſme* III. p. 250.

Foenum perticis temporibus reipublicae primis manipulorum erat ſignum, cuius generis duo intueris in Æ 1. Auguſti numo a colonia Caeſar Auguſta apud *Seguin.* Sel. Num. Ant. p. 108.

Folium in numis Siculis, vt Meſſanenſium, aliarumque vrbium, ſiluis atque arboribus abundaſſe Siciliam ſignificat, vt cenſet *Hauercamp.* ad *Parut.* Sic. Num. p. 151.

At *Begerus* Th. Br. I. p. 393. vel ad mororum ſiluas refert, quas teſtatur *Fazellus* in Sicilia eſſe; vel lauri folium eſſe coniicit.

Folium in area. n. Acinipo Hiſpaniae. *Velazquez* Enſayo. Tb. 11. fg. 2. p. 88. — Crotonis Bruttiorum. — Rhegii Bruttior. — Lyſimachi regis Thraciae.

— apii. n. Selinuntis Siciliae, tanquam ſignum huius vrbis characteriſticum. v. *Selinus*.

— hedera in area. n. Aſpendi Pamphyliae, Locridis, Pergami. — ſupra diotam. n. Methymnae Leſbi.

— palmatum ſupra cancrum. n. Agrigenti. M. *Hunter*. p. 9.

— vitis inter crura pegaſi. n. Amphilochiae Acarnaniae. M. *Hunt*. Tb. 4. fg. 13.

— ſupra culmum ſpicae. n. Metaponti Lucaniae.

— pone caput Ionis. n. Mamerti Italiae.

— pone caput muliebre. n. Neapolis Campaniae.

Fons a fundendo, quod inde aqua fundatur. Fontes nymphis Naiadibus conſecrati; omni enim fonti numen praeeſſe credebatur propter perennem ſcaturiginem et quod nec aquarum natura a miraculis ceſſat. *Vib. Sequeſtri* liber de fluminibus, *fontibus* lacubus etc. — *Fontium ſymbola* in aere vetere, ſpeciatim in Siculorum pecunia, leonis ſunt fauces, aquas eructantes. *Pellerin* Rec. T. III. Tb. 109. fg. 31 *et* Tb. 111. fg. 64.) *Torremuzza* Agg. IV. T. 8. n. 1.

— *Pirene* ad radicem Acrocorinthi, Muſis ſacer. *Vaill.* Col. II. p. 10.

Fons Sunias in honorem N
uae *Suniadis*. ΠΗΓΗ ΣΟΥΝΙΑΣ
ΠΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Fons Sunias*
peiopolitarum Ciliciae. Figu
cumbens, d. ramum, ſ. vrnam
ſeme III. p. 261.) *Vaill.* Gr.
vid. *Pompeiopolis*.

— *Stymphalius*. *Nonn.* ad
Gr. vet. p. 63.

— *Tera*, ΤΕΡΑ in n. Ph
Aeolidis. Figura decumben
ramo in d. vid. *Phocis*. —

FONT. pariter FONTEI.
teris colligatis FONTEI. *Fo*
vid. *Fonteia* gens, quae

Fonteia gens, quamuis inſ
temporibus iſtis vſitata amb
genus ſuum ad Fontonem, I
lium, referret, plebeia fuit,
ex nefario illo Ciceronis i
Clodio intelligimus, qui, vt
nus plebis fieret, et Tullium
expelleret, P. Fonteio plebei
mini, vix viginti annos nato
ptandum ſe dedit. Nomen
huius alii a *fontibus* defluxiſſ
a *Fonto*, Iani filio, origine
buiſſe exiſtimant. Hinc ſine
Ianus in denario ad indic
Fonteiorum originem expreſſ
Conf. *Arnobii* aduerſus gent
III. edit. *Elmenhorſt* p. 69. —
PITO cognomen a capite, cu
magnum erat caput, Capiton
gnomen eſt inditum. — Numi
1 ad 9. Caput Iani geminum
rea coronatum, ſed imberbe,
F. in aliis G. — K. — O.
— Q. — R. — S. — V
quae litterae ad alphabetica
tricum notas pertinent. et
litum denarii ſignum. X C. F
Caius Fonteius. In inte
vox ROMA teſtatur, non
uincia, ſed Romae,
ſignatam fuiſſe. T
migantibus et
bernatore; di
a puppi, in
tii aliorum

neglectum, a *Gorlaeo* autem et *Morellio* probe obſeruatum. Credidit *Haucrcamp.* ad *Morell.* Fam. p. 181. illud additum eſſe, quod hac expeditione, quam triremis indicat, vltum irent Romani regum iniurias. Æ. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 38.) *Gorlaeus* Tb. 18 fg. 1.) *Guſſeme* III. p. 251. n. 5.) *Morell.* Fam. p. 180. fg. 1 ſqq. ſine numero adpoſito.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 2. fg. 13.) *Schulz* Numoph. I. p. 157 ſq. n. 239.) M. *Theup.* p. 44.) *Vaill.* Fam. I. p. 449. qui litteram Q. *Quaeſtor.* interpretatur.) *Vrſin.* per *Patin.* auct. p. 114. — 20 ad 21. Capita duo iugata laureata imminentibus aſtris; adeſt denarii nota.)(MV. FONTEI. *Manius Fonteius.* Triremis, adeſt gubernator ſedens ad puppim, remum torquens, in imo alphabeticae matricum notae A. — F. — G. — H. — I. — K. — M. — P. — T. — X. *Vrſinus, Vaillantius Guſſeme,* editorque Muſei *Theupoli,* in antica *Caſtoris et Pollucis,* qui tutelares nauigationis dii ab antiquis habebantur, iugata capita expreſſa eſſe crediderunt, tanto magis, quod in poſtica triremis cernatur. *Penatium* autem potius has eſſe imagines *Hauercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 181. ſtatuit, idque tribus probat fuſius argumentis. Æ. *Eckhel.* Cat. II. p. 38.) *Gorlaeus* Tb. 18. n. 3.) *Guſſeme* ib. n. 6.) *Landi,* Sel. Num. p. 111 ſq. *Morell.* Fam. p. 181. fg. 2. et ſqq. omiſſo numero.) *Schulz.* ib. p. 158. n. 240.) Muſ. *Theup.* p. 43.) *Vaill.* Fam. I. p. 449.) *Vrſin.* a *Patin.* p. 114. n. 2. — 22. P. P. *Penates Patrii.* Capita deorum Penatium iugata et laureata cum ſtella in vertice, denarii nota in area. *Eadem epigrapha* eademque triremis, infra D. Æ. *Eckhel.* Cat. II. p. 38. — 23. *Al.* ſimilis, ſed pone triremem tria puncta, ſiue notae monetariorum, vt videtur, ſiue matricum inſignia Æ. *Morell.* Fam. p. 182. Lit. A.) *Guſſeme* ib. n. 7. — 24. MV. FONTEI. C. F. *Manius Fonteius, Caii Filius.* Caput Veiouis iuuenile laureatum, ſubtus eſt fulmen, dei eius ſymbolum.)(*Sine inſcr.* Cupido vel genius hirco inequitans, ſuperne duo pilei Dioſcurorum, infra thyrſus Bacchicus, omnia intra coronam myrteam. Æ. *Eckhel.* Cat. II. p. 38.) *Guſſeme* ib. n. 2.) *Liebe.* Goth. Num p. 39.) *Morell.* Fam. p. 182. III.) *Pighius* Annal. III. p. 228.) M. *Theup.* p. 44.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 114. n. 3. — 25. *Al.* ſed praeterea iuxta caput additur R, quod monogramma diſpoſitis in ordinem litteris legitur *Apollo.*)(Typus ſimilis praecedenti. Æ. *Eckhel.* ib.) Guſſeme ib. n. 3. ſed monogramma vertit in R.) *Morell.* ib. Lit. B.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 2. fg. 24.) *Schulz.* Numoph. I. p. 159 ſq. n. 241.) *Vaill.* Fam. I. p. 450. ſq. ſed in imo acroſtolium triſidum, ad rem naualem ſpectans. — 26. *Al.* omiſſo monogrammate, et cum pileis ad latera capellae poſitis Æ. *Morell.* ib. 183.) M. *Theup.* p. 44. — 27. *Al.* EX A. P. Caput ſimile.)(Similis. Æ. *Eckhel.* Cat. II. p. 38. — 28. MAXSVMVS. Caput Libertatis, retro quod pileus eſt.)(Puerulus idem alatus caprae inſidens, deſuper duo pilei, infra thyrſus, intra coronam myrteam. Æ. *Guſſeme* ib. n. 8.) *Morell.* ib. Lit. D.) *Liebe* Goth. Num. p. 39. cui videtur caput Veneris, additque: „denarium hunc Egnatiae potius familiae, praeter typi aduerſa in parte ſimilitudinem, vindicat nomen MAXSVMVS, quod Fonteios geſſiſſe non conſtat. — 29. P. FONTEIVS P. F. CAPITO III.VIR. Caput iuuenile modeſte barbatum ac galeatum, pone tropaeum.)(MV. FONT. TR. MIL. *Manius Fonteius Tribunus Militum.* Vir citato equo vectus, d. haſtam, in imo duo digladiantes, poſt horum vnum galea. *Hauercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 183. 184. paullo prolixiorem auerſae huius denarii paginae ſuppeditat deſcriptionem. Æ. *Beger.* Th. Br. p. 556.) *Eckhel.* Cat.

Cat. II. p. 39.) *Guſſeme* n. 10.) *Hanthaler* Exercitat. III. Tb. I. fg. 15. p 30.) *Morell.* ib. fg. 4) M. *Pembrok.* III. Tb. 1. fg. 4 *et* Tb. 10. fg. 5.) *Schulz* Numoph. I. p 161 ſq. n. 242) *Vaill.* Fam. ib.) *Vrſin* per *Patin.* p. 114. n. 4. — 30. *Similis* plane eſt praecedenti, niſi quod pictura militum pugnantium ſub equo aliquantum diſcrepet. AR *Gorlaeus* Tb. 18. n. 2. a quo *Morell.* Lit. E numum delineauit. — 31. P FONTEIVS CAPITO III.VIR. CONCORDIA. Caput deae Concordiae velatum.)(T. DIDI. IMP. VIL. PVB. *Titus Didius Imperator. Villa Publica.* Aedificium columnis fultum. AR. vt in gente *Didia.* *Eckhel.* Cat. II. p. 39.) *Guſſeme* III. p. 48. n. 3 *et* p. 251. n 9.) *Harduin.* Oper p. 797) *Morell.* Fam. Didia p 153 et Fonteia fg. 5. p. 184.) *Scbulz.* Numoph. p. 140. 163.) *Spanhem* Pr. II p 193.) M. *Theup.* p. 35. 43.) *Vaill.* Fam. I. p. 385. 450.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 98. n. 2 *it.* 114. n. 5. — 32. FONTEIVS CAPITO PROPR*aetore.* Capita iugata M. Antonii et Cleopatrae.)(M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. III VIR. R P. C. *Marcus Antonius Imperator, Conſul Deſignatus Iterum Et Tertium Triumuir Reipublicae Conſtituendae.* Triremis praetoria cum velo. Hunc Fonteium Capitonem docent antiquarii eſſe eundem, quem *Horatius* ex intimis Antonii eſſe notauit; claſſi ſub Antonio praefectus et ab eo cum militari imperio miſſus, quo Cleopatram ad eum in Syriam adduceret. Æ 2. *Guſſeme* III. p 252. n. 12.) *Harduin.* Oper. p. 697.) *Mdb.* p. 18. 19) *Morell.* Fam. p. 184. fg. 6.) *Spanhem.* Pr. II. p. 174.) M. *Theup.* p 44.) *Vaill.* Fam Rom. I. p. 102. *it.* Col. I. p. 8 *Vrſin.* a *Patin.* p. 36. n 29. 30. 33. DIVVS AVGVSTVS CYTHERONTE II.VIR*o.* Caput Auguſti radiatum.)(VICTORIA AVG*uſti* CAPITONE ITER*um* II.VIR*o.* Victoria gradiens, d. ſertum gerit, ſ. palmam. Æ forte Corinthi cuſus. *Morell.* Fam. p. 184 fg. 7. — 34. DIVVS AVGVSTVS CAPITONE II.VIR*o.* Idem radiatum Auguſti caput.)(VICTORIA AVG. CYTHERONTE II.VIR*o.* Victoria eadem. Æ 2. a Corinthiis. *Eckhel.* Cat. I. p. 115. n. 12.) *Guſſeme* II. inter Corinth. n. 36.) *Morell.* Fam. p. 184. Lit. F. *it.* Theſ Impp. I. in Auguſto p. 395.) *Woltereck.* El. Num. p. 79. — 35. *Ead. adu.*)(VICT. AVG. *Victoria Auguſti,* CITHERONTE II.VIR*o.* Victoria, vt in prioribus. Æ 2. *Morell.* Fam. p. 184. Lit. G. — 36. C. C. A. C. FONTEI (litteris colligatis) CAPITO etc. II.VIR*o.* Colonus agens boues. *Morell.* in Tiberio Tb. 15. fg. 7. vid. *Caeſar Auguſta.* — 37. Caput Iouis Capitolini, retro S. nota ſemiſſis.)(C. FONT. *Caius Fonteius.* Prora nauis, additur S. eadem nota ſemiſſis, ſubtus ROMA. Æ. *Morell.* ib. Lit. H.) *Vaill.* Fam. p. 448. — 38. Caput Romae galeatum cum quatuor globulis, qui trientem id genus monetae eſſe indicant.)(*Ead. epigr.* ſed ad ratem dimidiam quatuor itidem globuli adpoſiti ſunt. Æ. *Guſſeme* III. p. 152. n. 11.) *Morell.* Fam. p. 185. Lit. I.) *Vaill.* Fam. p. 448. — 39. Caput Veneris.)(C. FONTEI*us* CAPITO III.VIR. Tripus, deſuper corona, intra lauream. AV. *Goltz.* Faſt. p. 231.) *Guſſeme* n. 4.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 17. fg. 1. p. 559.) *Vaill.* Fam. — 40. Caput Iouis laureatum cum nota denarii.)(C. FONT. ROMA. Nauis prora. *Guſſeme* III. p. 251. n. 1.) *Vaill.* Fam.

FONTEIVS nomen Fonteiae gentis. v. *Fonteia g.*

FOR. *Fortis.* LEG. II FOR. *Legio Secunda Fortis.*

FOR. *Fortiſſimus.* DECENTIVS FOR. CAES. Conf. *Galland* Dictiond. voce *Fortiſſimus.*

FOR. *Fortuna.* FOR. P. R. *Fortuna Populi Romani.* n. Siciniae g. *Spanhem.* Pr. diſſ. 6.) *Iac. Perizon.* diſſ. 3. — Aliis *Fortitudo Populi Romani. Guſſeme* III. p. 252.

FOR. RE. *Fortuna Redux* in Auguſti numis vulgo proſtat. *Dio* L. LIV. rationem reddit: Ob reditum eius, inquit, ac propter ea, quae abſens egiſſet, multa et varia in honorem eius decreta ſunt, quorum ille nihil accepit, niſi quod *Fortunae Reduci* aram conſecrari, diemque ſui reditus inter ferias referri, ac Auguſtalia dici, paſſus eſt.

— — Ara hac cum inſcriptione, circum: CAESARI AVGVSTO, in ima parte: EX S. C. Ruſtiae gentis. *Morell.* Fam. p. 24.) *Vaill.* Fam. p. 238. 239. 40.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 54. — I. p. 327.) *Swinton.* diſſ. in Philoſoph. Tranſact. T. LXII. P. I. Tb. 2. fg. 2. p. 61.

FOR. RED. *Fortuna Reduci.* Fortunae ſedentis typus. Æ. M. Aurel. *Angelon.* p. 180.) *Mdb.* p. 80.

— RED. P. M. TR. P. XI. IMP. II. COS. V. P. P. Fortuna ſedens, d. temonem, ſ. cornuc. R. Commodi. *Eckhel.* Cat. II.) Muſ. *Caeſ.* p. 203. — ſed IMP. VIII. COS. V. P. P. S. C. Idem Fortunae reducis typus. Æ. Commodi. *Vaill.* Impp. Tb. 139. fg. 2.

— REDVCI. in medio numi in quadrato. *Guſſeme* V. p. 54.) *Ib.* p. 225.

Forceps pone Vulcani caput, aut Vulcani cultum, aut aliquid ad monetae fabricam ſpectans arguit. Aureliae Cottarum, Caeſiae g., Caſſiae gentis. *Vaill.* Fam. Caſſia fg. 4. — *it.* Aeſerniae Samnii. — *it.* Demetrii II. regis Syriae.

Forceps ad caput imberbe. n. Ancyrae Phrygiae.

— ſupra culmum ſpicae. n. Metaponti. Lucaniae.

— et malleus ad monetas cudendas. n. Cariſiae gentis.

— et malleus. n. Lemniorum, ad deſignanda Vulcani, dei Lemnii fabrilia inſtrumenta. *Spanh.* Pr. II. p. 170.

Forenſis Iupiter, quod iudiciis praeeſſet, a Nicaeenſibus Bithyniae cultus, teſte numo: ΝΕΙΚΑΙΕΙϹ ΠΡΩΤΟΙ ΤΗϹ ΕΠΑΡΧΕΙΑϹ inſcripto, aerae vero accenſae inſculptum: ΔΙΟΣ ΑΓΟΡΑΙΟΥ, *Iouis Forenſis.* Æ 2. 3. Domitiani. *Guſſeme* III. p. 64. 252. V. p. 241.) *Harduin.* p. 346.) *Morell.* in Domitiano Tbb. 21. 26.) *Triſtan.* I. 334. *Vaill.* Gr. p. 24. 293.

Forma litterarum Latinarum priſca e Graecis Cadmeis ſeu Phoeniciis eſt deducta. E Graecia enim litterae numero 16. ab Euandro Arcade, ſeu in genere a Pelaſgis iuxta *Plinium* L. VII. c. 56. in Latium ſunt illatae, eaeque cum antiquis Graecorum litteris ordine, numero, poteſtate et forma propemodum conformes, vt idem *Plinius* L. VII. c. 58. adſerit, et *Spanhem.* Pr. I. p. 61 ſqq. ex numis aliquot antiquis probat.

Fornix. vid. *Arcus.* — Fornix, ſeu porta vrbis cum turribus et arcubus. n. Traianopolis. — Fornix binis columnis ſpiralibus fultus, intus duae, *al.* tres, *al.* quatuor figurae ſtantes. vid. FELICITAS ROMANORVM. — Danubius fluuius iacens ſub fornice cum arundine. n. Traiani. *Harduin.* Oper. p. 749.

FORT. vid. I. O. M. ET FORT. n. Licinii.

. — *Fortiſſimus*, quo elogio ornantur in numis a) *Val. Maximianus:* DIVO MAXIMIANO SEN. FORT. IMP *Seniori Fortiſſimo Imperatori. Guſſeme* III. p. 252. De eodem Maximiano legitur in antiqua inſcriptione apud *Gruter.* Theſ. 281 4. MAGNO INVICT. AC SVPER OMNES RETRO PRINCIPES FORTISSIMO etc. — b) *Decentius:* DN. DECENTIVS FORT. CAES. *Dominus Noſter Decentius Fortiſſimus Caeſar.* Fortiſſimi quidem Decentius cognomen tulit, quod patet ex numo a *Band.* II. p. 233.) *Ducang.* Tb. 13. p. 38.) *Mdb.* p. 483. memorato, haud tamen hoc merens, cum audito fratris Magnentii caſu, apud Senonas laqueo vitam finiuerit.

FORT. *Fortitudo*, vel *Fortuna. Guſſeme* III. p. 252. — FORT. P. R. *Fortitudo Populi Romani*, vt vult *Spanhemius*, vel *Fortuna Pop. Romani*, prout cenſet *Beger.* Th. Br. p. 586. Caput muliebre inauribus ornatum, crinibus per collum defluentibus.)(Q. SICINIVS III.VIR. Caduceus et palma decuſſatim, ſupra laurea cum taeniis. AR. Siciniae gentis. vid. *Sicinia g.* De Sicinii fortitudine *Aul. Gellius* L. II. c. 11. vbi etiam de eiuſdem coronis agit. Conf. *Woog.* diſſ. de coronis p. 25.

FORT. *Fortuna.* Secundum *Plinium:* Toto mundo, et locis omnibus, omnibuſque horis omniumque vocibus *Fortuna* ſola inuocatur, ſola laudatur, ſola arguitur, ſola vtramque paginam facit.

FORT. AVG. S. C. Figura ſtans, d. temonem, ſ. cornucopiae. Æ. Antonini Pii. *Mdb.* p. 192.

— AVG. COS. II. Fortunae ſtantis idem typus ſolitus. AR. Albini. *Cimel. Vindob.* I. p. 60.

FORT. DVC. (*ſic*) Mulier ſe d. temonem, ſ. c. c. AR. M. *Eckhel.* Cat. II. p. 232.

— DVCI. TR. P. XXX. VIII. COS. III. Idem ſeden pus. Anonym. p. 72.

— FEL. P. M. TR. P. IMP. VII COS V. P. P. ſtolata pede prorae impoſito, duceum gerit, ſ. cornuc. ex flauo et rubro, Commodi Pr. III. p. 147. — ſed AR. modi. *Eckhel.* Cat. II. p. 260. *ſeme* II.

— FEL. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Idem Fortu pus, ſed d. ramum, ſ. c. prora nauis pro pedibus. AR modi. *Mdb.* p. 253.

— FELI. P. M. TR. P. IMP. VIII. COS. V. P. P. d. pede nauis prorae inſiſt caduceum, ſ. duplex cornu Æ max. Commodi. *Bonarr* *Carpin.* Tb. 7. fg. 5.) M *ſan.* Tb. 28. n. 1. p. 80. - S. C. Æ 1. Commodi. I pus. *Eckhel.* Cat. II. p. 260 *duin.* p. 792.) *Mdb.* p. 25 *Theup.* p. 543.

— MANENTI TR. P. COS. V. P. P. S. C. M dens, d. capiſtro equum ſ. cornuc. Æ 1. 2. Commod p. 253.) M. *Theup.* p. 543. Pr. II. p. 184.

— PRIM. *Fortunae Prim*

— RAEDVX loco R ybi AE pro E mendoſe inſ obſeruatur. n. Carauſii.

FORT. RED. *Fortunae* ac ſi Imperator fortunam prouinciae ac terrarum ſecu liſſet. Typus ſolitus I dens d. temonem, ſ. c tenet.

RED. Fortuna ſedens cum
: cornucopiae. *AV*. *AR* et
. *Æ* 1. Traiani. *Eckbel.*
— Idem typus. *AV*. *AR*.
S. C. *Æ* 1. 2. Hadriani.
.) *Mdb.* p. 181.) *Patin.*
1. — *AR*. *Æ* 1. 2. M.
ckbel. ib. — *AR*. *Æ* 1.
Eckh ib. — *Æ* 1. Com-
kh. ib.) *Mdb.* p. 249. —
ntis typus. *AR*. Gordiani
. p. 339.

Fortuna ſtans, d. temo-
cornuc. *Æ* 1 Lucillae.
240.) *Vaill.* Pr. I. p. 93.

. RED. CAES. AVG. S.
Arae inſcriptum. *AR*.
Hanthaler. Exercit. IV.
fg. 3. p. 80.) *Vaillant.*
. 30.) *Vicus* arg. Augu-
Eundem numum com-
Argelat. ad *Mdb* p. 35.
clipeus, ſupra quem duo
Pariter depictus eſt nu-
l *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 53.
illuſtratus p. 325. — *it.*
mod. *Vaill.* Pr. II. p. 30.)
.II. p. 256.

ED. COS. ITER. Fortuna
opiae tenens, d. prorae
nouens. *AR*. *Æ*. Veſpaſia-
. N. *Arſchot.* Tb. 25. n.
r. p. 65. n. 10.) *Geſner.*
1. 18.) *Harduin.* p. 730.)
109.) *Muſell.* Suppl. Tb.
) *Oiſel.* ib. fg. 11. p.
icus n. 10.

ED. COS. III. Mulier
partem nauis tangit, ſ.
AV. Veſpaſiani. *Kbell.*
33. Typus forte nauem
ignat, de qua *Sueton.* c. 8.
s in Italiam, cum Rhe-
ehinc Puteolos onerariâ
iſſet, Romam inde con-
ediſſimus. — *Ead. epigr.*
ans, d. pomum aut glo-
aduceum; typus inſolens,
copiae enim caduceus ſi-
rnat. *AV*. Veſpaſ. *Kbell.*
Suppl. p. 34. — *Ead. epigr.* Fi-
gura d. globum, ſ. cornucop. *AR*.
Veſpaſ. p. 111. — *Ead. epigr.*
Fortuna ſedens, d. temonem, ſ. c.
c. *Æ* max. Hadriani. Muſ. *Alb.* I.)
Vaill. Pr. III. p. 118.) *Schulz*
MzCab. II. p. 96. ſed addito S. C.
Æ 1. — *Ead. epigr.* idemque ſe-
dentis typus. *AR* et add. S. C. *Æ*.
M. Aurelii. *Mdb.* p. 221.

FORT. RED. COS. III. P. P. S.
C. Figura ſedens, d. temonem,
ſ. c. c. *Æ* 1. Hadriani. *Mdb.* p.
180.) M. *Theup.* p. 470.

— REDuci. DAC. PARTHI-
CO P. M. TR. P. COS. P. P. S.
C. Fortunae Reducis ſedentis ty-
pus. *Æ*. Hadriani. *Muſell.* Impp.
Tb. 71. fg. 7.

— RED. DIVI NER. NEP.
P. M. TR. P. COS. Idem ſeden-
tis typus. *AV*. Hadriani. M. *Theup.*
p. 172.

— RED. IMP. IIII. COS. II.
P. P. S. C. Idem typus Fortunae
Reducis. *Æ*. Commodi. *Mdb.* p.
245.

— RED. PARTH. F. DIVI
NER. NEP. P. M. TR. P. COS.
Eadem ſedens. *AR*. Hadriani. *Mdb.*
p. 169.

— RED. PARTHICO P. M.
TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q.
R. Fortuna ſtans, d. temonem,
ſ. cornucop. *AR*. Traiani. *Mdb.* p.
161.) *Hard.* Oper. p. 753. ſed
ſedens cum temone et c. c.) M.
Theup. p. 162.

— RED. P. M. TR. P. COS.
VI. P. P. S P. Q. R. Mulier ve-
lato capite ſedens, d. temonem, ſ.
cornuc. *AV*. *AR*. Traiani. *Ruben.*
N. *Arſchot.* Tb. 36.) *Hemelar.* N.
Arſchot. aur. Tb. 17.) *Geſner.* Tb.
74. fg. 7.) *Mdb.* p. 159.) *Muſell.*
Impp. Tb. 67 fg. 7.) *Pedruſ.* M.
Farneſ. II. Tb. 34.) *Schulz* MzCab.

 II.

II. p. 69) M. *Theup.* p. 162.) *Vicus* Tb. 24. n. 88.

FORT. RED. P. M. TR. P. COS. II. Fortuna ſedens, d. temonem, ſ. cornucop. AV. Hadriani. M. *Theup.* p. 172. — *it.* AR. Eiuſd. *Mdb.* p. 169.) *Muſell.* Suppl. Tb. 12. fg. 4. — *Al.* ſed COS. III. S. C. Fortunae Reducis ſedentis typus. Æ. Hadriani. *Mdb.* p. 180.

— RED. TR. P. XI. IMP. VII. COS V. P. P. Fortunae ſedentis ſolitus typus. AR. Commodi *Mdb.* p. 250. — *Al.* ſed IMP. VIII. etc. add. S. C. Æ. Commodi. *Mdb.* p. 251.

— RED. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. S C. Idem typus. Æ 1. 2. Commodi. *Mdb.* p. 253.) Muſ. *Theup.* p. 543 544. — *Al.* ſed TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. S. C. Æ. Commodi. *Mdb.* p. 257.

— RED. TR. P. III. COS. II. Typus ſedentis Fortunae cum temone et cornuc. AR. add. S. C. Æ 1. 2. Getae. *Eckhel.* Cat. II. — *Al.* Fortuna humi ſedens, d. rotae innixa, ſ. cornuc. AR. Getae. *Eckhel.* ib.

— RED. P. M. TR. P. XIX. COS. III. P. P. Fortuna ſtans in quibuſdam, d. temonem, ſ. c. c. AR. Sept. Seueri. *Mdb.* p 279. — *Al.* ſed Fortuna ſedens, d temonem cum globo, ſ. cornucop. AR et add. S. C. Æ 1. 2. Seueri. *Mdb.* p. 280.) *Eckhel* Cat. II.

— RED. P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. S. C. ſedens cum temone et c. c. Æ. Caracallae. *Hard.* p. 806) *Muſell.* Suppl. Tb. 27. fg. 4.) M. *Theup.* p. 574.

— RED. P. M. TR. P. XIIII. COS. III. S. C. Sedentis typus. Æ 1. 2. Caracallae. *Eckhel.* Cat. II.) *Geſner.* Tb. 144. fg. 15.) *Mdb.* p. 291. ſed COS. III. P. P.) *Muſell.* Impp. Tb. 158. fg. 4.) Muſ.

Pembrok. III. Tb. 65. fg. 14)
Theup. p. 574. ſed COS. II
P. — *Ead. epigr.* ſed ad pede
dentis Fortunae rota. Æ 2. (
callae. M. *Theup.* p. 574. —
epigr. ſed mulier ſtans, d. c
cop. ſ. haſtam, pro pedibus
AR. Caracallae. *Eckhel.* Cat. I

FORT. RED. PON. MAX.
POT. COS. II. S. C. Fortu
dens, d. temonem, ſ. cornuc
Hadriani. *Mdb.* p. 169.

— — PONT. MAX.
POT. COS. S. C. Idem typu
Hadriani. *Mdb.* ib.

— — PONT. MAX.
POT. COS. II. S. C. Fortu
dens, d. bacillum ſuper tem
ſ. cornuc. Æ 1. 2. Hadriani.
ben. N. *Arſchot.* Tb. 37. fg
Harduin. p. 756.) *Mdb.* p.
Muſell. Impp. Tb. 72. fgg. 7
Schulz. MzCab. II. p. 91.)
Theup. p. 470. — *Ead.* (
Fortuna ſedens cum cornuc.
modius ſpicis exſtantibus et
Æ 1. Hadriani. *Hard.* p. 75
Ead. epigr. Aedes. Æ 2. Ha
Vaill. Pr. I. p. 65. — *A*
COS. III. etc. Fortuna ſeden
attributis. Æ. Hadriani. *M*
180.

— — PONTIF. MAX.
Fortunae ſedentis typus ſolitu
Hadriani. *Mdb.* p. 169.

FORT. REDuci. SENATVS
PVLVSQVE ROMANVS.
Idem Fortunae ſedentis typu
1. 2. Traiani. *Eckhel.* Cat
Harduin. p. 752.) *Mdb.* p.
Muſell. Impp. Tb. 68. fg. 2.
Al. ſed ſedens, d. ramum, ſ.
nucop. Æ. Traiani. *Mdb.* p.
— *Al.* ſed ſedens, ſ. cornuc
temonemque, d. tenet ſignum
Traiani, forte ob ipſius reditu
Oriente, poſt Armeniam ad
tam. Æ. Traiani. *Mdb.* p. 1

— RED. S. P. Q. R. OPTI
PRINCIPI. Eadem Fortuna

ıone et cornuc. *AV*. *AR*. *Geſner*. Tb. 74. fg. 40.) 159.) *Muſell*. Impp. Tb. }.

'. RED. TR. P. II. COS. II. dem ſedentis typus. *AV* et :. Æ. L. Veri. *Mdb*. 234.

- TR. P. II. COS. P. P. ɔrtunae Reducis typus. Æ. ri Seueri. *Mdb*. p. 320.

- TR. P. III. COS. II. ortuna ſedens more ſolito. ıd S C. Æ 1. 2. Getae. . p. 808.) *Mdb*. p. 303.) Impp. Tb. 164. fg. 4.) npp. p. 251. — *Al*. ſed lens, d. cubito rotae im- ſ. caduceum, *al*. cornucop. dd. S. C. Æ 1. 2. Getae. 303.) M. *Theup*. p. 228.

- TR. P. V. IMP. II. S. ı ſedentis typus. Æ L. *'db*. p. 236.) *Muſell*. Impp. fg. 9.

- TR. P. V. IMP. II. S. C. Idem typus. Æ. *Angelon*. p. 197.) *Mdb*.

- TR. P. V. IMP. III. L. Veri. *Mdb*. ib.

- TR. P. VIII. IMP. V. . Idem Fortunae ſedentis *AR* et add. S. C. Æ 1. L. *ırduin*. p. 781.) *Mdb*. p. *Iuſell*. Impp. Tb. 130. fg. *Theup*. p. 199. — *Fortu- ıci* ſacrificatum, non tan- redibant Impp. ex aliqua ne, ſed cum ad illam pro- ant, docet nos inter alios ic cuſus Trib. Pot. VIII. vel V. C. 921. et poſt }, quo L. Verus Romae, ur, Marcomannicam ex- m a peſte retardatum co-

FORT. RED. TR. P. VIIII. etc. Idem Fortunae ſedentis typus. Æ. L. Veri. *Mdb*. p. 238.

— — TR. P. XIIII. COS. III. S. C. Idem typus. Æ 2. Caracallae. *Harduin*. p. 806.

— — TR. P. XXII. IMP. V. (*al*. VI.) COS. III. Typus idem. *AV*. *AR* et add. S. C. Æ 1. 2. M. Aurelii. *Geſner*. Tb. 105. fg. 31.) *Guſſeme* V. p. 54. n. 49.) *Mdb*. p. 220. 221.) *Muſell*. Impp. Tb. 116. fg. 7.) *Schulz* MzCab. II. p. 133. 140.) M. *Theup*. p. 192.) *Vicus* Tb. 56. n. 100.

— — TR. P. XXIII. IMP. V. COS. III. S. C. Idem typus. Æ. M. Aurel. *Mdb*. p. 221.

— — TR. POT. II. COS. II. S. C. Fortuna ſedens, d. ba- cillum ſuper temonem, ſ. c. cop. Æ. L. Veri. *Geſner*. Tb. 117. fg. 27.) *Sulzer*. Numoph. n. 1577.

— — TR. POT. III. COS. II. S. C. Idem typus. Æ 1. 2. L. Veri. *Eckhel*. Cat. II.) *Geſner*. Tb. 118. fg. 27.) *Harduin*. p. 780.) *Mdb*. p. 234.) *Muſell*. Impp. Tb. 128. fg. 5.) *Sulzer*. Numoph. n. 1580. 1591.) M. *Theup*. p. 533.

— — TR. POT. IIII. etc. Æ. L. Veri. *Muſell*. Suppl. Tb. 21. fg. 8.

— — TR. POT. V. etc. Æ. Eiuſd. *Eckhel*. Cat. II.

— — TR. POT. VIII. IMP. V. COS. III. Idem ſedentis Fortu- nae typus. *AR* et add. S. C. Æ 1. L. Veri. *Eckhel*. Cat. II.) *Schulz* MzCab. II. p. 159.

— — TR. POT. XXII. IMP. IV. COS. III. S. C. Idem typus. Æ 1. M. Aurel. M. *Theup*. p. 511.

FORT. REDV. Fortuna inſidens ſubſellio, d. temonem, ſ. cornuc. *AR*. Victorini. *Band*. II. p. 319.) *Mdb*. p. 398.

FORT.

FORT. REDV. COS. ITER. Figura ſtolata, d. proræ nauis admouet, ſ. c. c. tenet. AR. Veſpaſian. *Mdb.* p. 109.

— REDVC. Fortuna ſt. cum attributis. AR. Sept. Seueri. *Eckhel.* Cat. II.

— REDVCI. Fig. ſedens cum temone et cornuc. AV. Hadriani. *Mdb.* p. 181.

— — Imp. togatus ſtans d. iungit cum muliere ſ. c. c. tenente. AR et add S. C. Æ 1. 2. Hadriani. *Eckhel.* Cat. II.) *Guſſeme* IV.) *Khell.* Suppl. p. 69.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* III. Tb. 4. fg. 14.) *Schulz* MzCab. II. p. 89.) *Sulzer.* Numoph. n. 1046.

— — Arae inſcriptum. AR. Commodi. *Eckhel.* Cat. II. *Fortunae Reduci* gratias agere ſolebant Romani, dum Imperatorem ſuum ex diſtantibus prouinciis *reducem* ſalutabant. Id probant Auguſti, Veſpaſiani, Traiani, Hadriani, Antonini, M. Aurelii, L. Veri, Commodi, etc. numiſmata.

— — Fig. ſt. d. temonem, ſ. c. c. AR. Albini. *Hard.* p. 796. 797. — *Al.* ſed ſedentis typo, add. S. C. Æ. Albini. *Mdb.* p. 265.) *Patin.* Impp. p. 276. ſed in n. Albini haec inſcriptio votum eſt tantum. Nam et hunc ex Galliis Romam peruenire peroptabant Romani, nec vmquam ab eo die, quo Imperator ſalutatus eſt, Romam peruenire potuit Albinus.

— REDVCI. COS. II. Fortuna ſedens cum temone et cornuc. AR. et add. S. C. Æ 1. 2. Albini. *Eckhel.* II. p. 269.) *Mdb.* p. 265.) *Sulzer.* Numoph. n. 1739.) *Patin.* Impp. p. 323.) M. *Theup.* p. 562.) *Vaill.* Pr. I. p. 110.

— REDVCI. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Fortuna eadem ſedens, ad pedes rota. Æ. *Patin.* Impp. p. 315.

FORT. REDVCI arae ptum, circum: TR. P. XX VIII. COS. III. P. P. n. M *Hard.* p 785.) *Mdb.* p. FOR. REDVCI etc.) *Muſell.* Tb. 20. fg. 3.

FORT. REDVX. For capite tutulato, d. cornuc net, et aliud c. c. ſiniſt Iul. Domnae. *Vaill.* Pr. II.

— — Fortuna ſedens mone et cornucopiae, hu AR. Gordiani Pii. *Eckhel.* *Mdb.* p. 339.) *Muſell.* In 195. fg. 3.) *Sulzer.* Num 2391.

— — Typus ſedenti nae cum attributis. AR Gallieni. *Band.* I. p. 16 *Eckhel.* Cat. II. p. 372.) ib. n. 3252.) M. *Theup.* — ſed ſ. duplex c. c. A *Eckhel.* ib. — ſed ſt. d. c ſ. c. c. infra VIIC. Æ *Eckh.* ib.

— — Mulier ſedens monem, ſ. cornuc. ad pe Aeneus argento obductus *Cimel. Vindob.* I. Tb. 12 p. 72.) *Eckhel.* Cat. II.

— — Figura muliebr inſidens, d. baculum in tenet, ſ. cornucopiae, in la. Nouus Fortunae typ ſpere abſolutis bellis. AR *Band.* I. p. 275.) *Vaill.* p. 12. *Al.* ſed Æ 3. Qui ra ſedet ſuper dolio vini, iuxta explicationem *Har* 866.

— — Fig. muliebri ſupra rotam, d. temonem Æ 3. Victorini. *Band.* I. *Vaill.* Pr. I. p. 200.

Val. Maximia-
MIANO SEN.
'aill. Pr. I. p.
conf. *Galland.*
Fortis — *For-*

NAE. Fortuna
globo impoſi-
iae ; a dextris
ae.' cum littera
:. 3. Gal. Maxi-
4.) *Vaill.* Pr.
ſed pro pedibus
2. Eiuſd. *Eck-*
.) *Guſſeme* III.

ſſimus. Ita De-
ENTIVS FOR-

MP. vid. tituli
ıter quos et oc-
IMIANO SEN.
P. *Vaill.* Pr.

ı, in Caeſarianis
ſtantis ante tro-
Graecis itidem
d. victoriolam,
is. vid. ΚΡΑΤΗ-
ıecos, vnde γάμικος ὕμνος, *Nu-*
ılis hymnus. *Spanh.* Pr. II. p.

ïanges Indiae fluuius magnus ac
bris, cui aueae ſunt arenae.

ïanymedes Trois filius, puer
ıſſimus, ab aquila raptus, de
Martialis L. I. epigr. 7.

etliereas aquila puerum portante per auras
Illaeſum timidis vnguibus haeſit onus.

li T. II. Recueil d'Antiquités
47. — Aquila Ganymedem
ım et pileo Phrygio tectum in
:s ſubuehit. n. Dardaniorum,
ıſium. *Guſſeme* III. p. 335. 336.

- cum alis, d. arcum, ſ. pe-
. n. Ilienſium. *Guſſ.* ib.) *Vaill.*
p. 117.

- cum pileo Phrygio in capite
bus inſidet, d. poculum; ex
erſo aquila ei blandiens, pone
n arbor. Æ max. Ilienſium in
nmodo. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* Gr.
ɔ9.

ΓΑQ. *Aquileiae* in officina *Tertia*, in imo n. Helenae Conſtantii Chlori. *Pedruſ.* M. *Farneſ.* IV. Tb. 16. fg. 8. p. 252.

ΓΑΡ. *al.* ΓΑΡΓ. Γαργιλίε, *Gargilii* gentile nomen legati Caeſaris in Thracia. ΗΓ. ΓΑΡΓ. ΑΝΤΙΚΟΥ, *Praeſide Gargilio Antico*. n. Pautaliae Thraciae.

GAR. *Garcilius* vel *Gargilius*, vt quidam interpretantur epigraphen : GAR. VER. OGVL. *Gargilius, Verus Ogulnius*, alius: *Cariſius Vergilius Ogulnius*.

ΓΑΡΓΙΛΙ. et integre ΓΑΡΓΙΛΙΟΥ, *Gargilii* magiſtratus nomen. *Spanhem.* Pr. diſſ. VI. p. 573. — ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΛΙ. ΑΝΤΙΚΟΥ, *Praeſide Gargilio Antico*. n. Pautaliae Thraciae. — ΥΠ. ΓΑΡΓΙΛΙΟΥ ΑΝΤΙΚΟΥ *Sub* legato Caeſaris *Gargilio Antico*. n. Philippopolis in M. Aurel. *Vaill.* Gr.) *Guſſ.* III. p. 336. vid. *Pautalia*. — *Philippopolis* Thraciae.

Garizim mons Samariae iuxta Galgal, vltra Iordanem, Sichimorum imminens ciuitati. Ibi ſtabat templum illud Iudaeis tantopere exoſum et inuiſum, idque merito. vid. *Templum*. — Mons ille ſollemne eſt vrbis Neapolis Samariae ſymbolum, ipſius ſitum ad eius radices indicans. *Guſſeme* III. p. 336. 337.) *Vaill.* Col. II. p. 169. vid. *Neapolis* Samariae.

— cum gradibus, in cuius vertice templum. *al.* ſuper quadrigas. *al.* ſub monte Victoria ſtans cum corona; ex aduerſo Serapis. n. Neapolis Samariae vel Palaeſtinae.

GARMAN. Caput virile imberbe galeatum.)(COMMIOS. Equus liber ſaliens. AR 3. Gallici regis. *Froelich.* Not. Elem. Tb. 11. fg. 2. p. 157.

ΓΑΡΟC, *Carus*, magiſtratus. ΕΠΙ СΤΡ. Α Ρ. ΓΑΡΟΥ. *Sub Praetore Au-*

Aurelio Caro. n. Adramyttenorum in Aeolide. — ΕΠΙ ϹΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΓΑΡΟΥ, *Sub Praetore M. Aurel. Caro.* n. Laodicenſium in Elagabalo. *Vaill.* Gr.

ΓΑϹΟΠΑΤΩΡ, *Gaſopator*, archon. ΕΠ. ΑΥΡ. ΓΑϹΟΠΑΤΟΡΟϹ, *Sub Aurelio Gaſopatore*, n. Cadorum Phrygiae. — ΕΠΙ ΚΛ. ΓΑϹΟΠΑΤΟΡΟϹ ΑΡΧ. Α. *Sub Claudio Gaſopatore Archonte Primo.* n. Cadorum in Gordiano Pio et Tranquillina. In alio Gordiani Pii numo ſcriptum ΓΑΖΩΠΑΤΩΡ.

ΓΑΥ. ex tranſpoſitione litterarum pro ΑΥΓ. Ἀυγυϛος, *Auguſtus.* DN. ANASTASIVS P. ΓΑΥ. *Band.* II. p. 612.

GAVDETE ROMANI. Victoriae duae ſuſtinent cippum, in quo ſcriptum: SIC XX. SIC XXX. hoc eſt, *ſic* ad annum imperii *viceſimum*, *ſic* ad *triceſimum* vſque victorias ſuas continuet! AV. Rrr. Val. Maximiani. Muſ. *Alb.* II. p. 89. 105.) *Band.* II. p. 50.) *Guſſeme* III. p. 337. V. p. 101. n. 39.) *Harduin.* Oper. p. 450.) *Liebe* Goth. Num. p. 444.) *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 6. p. 79 ſq.) *Occo.*) *Vaill.* Pr. III. p. 57.

GAVDIVM POPVLI ROMANI inſcriptio, quae in Conſtante et in Conſtantio eius fratre tantum occurrit, laetitiam publicam indicans. Coniicere licet, numulos tales in feſto votiuo ſollemni diſtributos fuiſſe populo, vt omnes moniti laetitiam effundant. *Morell.* Spec. rei numar. p. 80.) *Guſſeme* III. p. 337.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. Corona quercea, intra quam ſcriptum: SIC V. SIC X. in ima parte PARL. *al.* TSЄ. AR. Conſtantis. *Band.* II. p. 231. 349.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 12. p. 36.

— — — ſed laurea eſt corona, in qua itidem ſcriptum: SIC V. SIC X. AV. max. mod. [Con]ſtantis. *Band.* ib.) *Ducan[g.]* *Al.* ſed AR. max. mod. Con[stantis] *Band.* II. p. 353.) *Ducang.* [Eck]*hel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. [...] *Guſſeme* II. p. 292. n. 11.) [Har]*duin.* Oper. p. 486. — *Al.* [...] max. Conſtantis. *Band.* II. [...] *Vaill.* Pr. III. p. 244.) [...] Tb. 12. p. 36. — *Al.* ſed A[...] ſtantii Iun. *Band.* II. p. 227 *Ducang.* Tb. 10. p. 32.)

GAVDIVM POPVL[I RO]MANI ſed intra laurea[m ſcri]ptum: VOT. V. MVLT. X[...] T. S. Є. AV. Anecd. Co[...] *Cimel. Vindob.* I. Tb. 6. fg. 25.) *Eckhel.* Cat. II. p. [...] *Khell.* Suppl. p. 253.

— — — ſed intra qu[...] ſcriptum: SIC X. SIC X[X] Conſtantis. *Band.* II. p. 353

— — — ſed intra l[...] legitur: SIC X. SIC XX. A[...] mod. inſtar aereorum. Co[...] Iun. *Band.* II. p. 369. — [...] AR. max. mod. Muſ. *Alb.* [...] 112. fg. 1. p. 105.) *Band.* [...] 374.) *Ducang.*) *Cimel.* [...] II. Tb. 110. fg. 1. p. 26.) [...] Cat. II. p. 495.) *Harduin.* [...] p. 485.) *Vaill.* Pr. III. [...]

— — — ſed intra cor[...] SIC XX. SIC XXX. in im[a] SIS et luna bicornis. AR. ma[x] Conſtantii Iun. *Band.* II. p[...] 374.) *Ducang.* Tb. 10. p[...] *Mdb.* — *Al.* ſed SIC X[X] XXX. inter duas palmas, [...] parte SIS. AR. max. mod. C[...] tii Iun. *Band.* ib.) *Ducang.*) — *Al.* ſed in imo exergo TE[...] max. mod. Conſtantii Iun. [...] ib.) *Ducang.*) *Mdb.*

GAVDIVM REIPVBL[...] Imperator togatus ſtat inter [...] guras paludutas, *Banduri[...]* tur duo filii; alter a ſiniſtri[...] d. globum ſuſtinet, alter [...]

:ipit, in imo exergo PTR. AV. r. Conſtantii M. *Band.* II. p. 5.) *Ducang.* Tb. 3. p. 18.) *db.*) *Guſſeme* II. p. 302. III. p. 7.) *Vaill.* Pr. III. p. 88.

GAVDIVM REIPVBLICAE. 'opaeum erectum inter feminam amanniam repraeſentantem a xtris, a ſin. captiuum Francum, ımi ſedentes ac lugentes, in ima ırte PTR. AV. Rrr. Conſtantini I. *Band.* ib.) *Ducang.* ib.) *Mdb.* . — *Al.* ſed Æ. Rrr. Conſtant. I. *Band.* II. p. 297.) *Guſſeme* II. . 302. III. 337.

GAVDIVM ROMANORVM. aptiua mulier tropaeo adſidens ıcro mammas praebet, in imo R. AV. Rrr. Val. Maximiani. *Band.* . p. 50.) *Vaill.* Pr. III. p. 57.) *uſſeme* V. p. 101. n. 40.

— — Idem typus. AV. Rrr. *and.* II. p. 163.) *Vaill.* Pr. III. 75.) *Guſſeme* III. p. 292. n. 4.

— — Figura muliebris ſedens tropaeum, dextro innixa brachio ›rat. Æ. Conſtantini M. *Band.* p. 297.

— — Mulier lugens, vel Ala-·nnia moeſta ſedens ſub tropaeo, ima numi parte ALAMANNIA. . Rrr. Conſtantini M. *Ruben.* N. *ſchot.* Tb. 65.) *Band.* II. 246.) *kbel.* Cat. II. 472.) *Guſſeme* I. 83.) *Mdb.*) *Spanhem.* ad Iu-nı Caeſſ. p. 250. *it.* Praeſt. II. p. 9. 638.) *Vaill.* Pr. III. p. 88. — l. AV. Rrr. Criſpi. *Band.* II. p. 9.) *Liebe* Goth. Num. p. 81. -) *Guſſeme* III. p. 260. — ſed a ſin. tres clipei iacent. AV. Rrr. ›nſtantini Iun. *Band.* II. p. 331.) *db.* p. 474. ex *Occone.*

— — — ſed ALEMANNIA. imo. AV. Conſtantini M. *Band.* II. 213. 245.) *Ducang.* Fam. By-ınt. Tb. 3. p. 18.) *Oiſel.* Sel. um. Tb. 25. fg. 10. p. 112.

GAVDIVM ROMANORVM. Mulier lugens, ſed FRANCIA in imo exergo ſcriptum. Tropaeum, iuxta quod Francia ſubacta humi ſedens moeſta. AV. Conſtantini M. *Band.* II. p. 213. 246.) *Ducang.* Tb. 3. p. 18.) *Eckhel.* Cat. II. p. 472.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 60. 469.) *Guſſeme* III. p. 260. 337.) *Occo* p. 535.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 25. fg. 11. p. 113.) *Spanhem.* Pr. II. p. 638 *et* ad Iuliani Caeſſ. p. 250.) *Vaill.* Pr. III. p. 88. — *Al.* ſed AV. Criſpi. *Guſſ.* II. p. 395. n. 9. *it.* III. p. 260. 337.) *Liebe* Goth. Num. p. 81.

— — — ſed in ima parte FRAN. *al.* FRANC. ET. ALAM. *Francia Et Alamannia*, ob eas nempe Romanorum armis domitas ac ſubiectas. Tropaeum erectum inter captiuos duos humi ſedentes. AV. Conſtantini M. *Band.* II. p. 246.) *Guſſeme* II. p. 303. n. 41. *it.* III. p. 260. 337.) *Hamthaler.* Exerc. III. p. 75.) *Liebe* Goth. Num. p. 445.) *Mdb.*) *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 7. p. 82.) *Spanhem.* Pr. II. p. 638. *it.* ad Iuliani Caeſſ. p. 250.) *Vaill.* Pr. III. p. 88.

— — — ſed in imo exergo SARMATIA. Mulier captiua adſidens tropaeo plorans. AR. Conſtantini Iun. *Band.* II. p. 332.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* IV. Tb. 17. fg. 6. p. 267.) *Guſſeme* III. p. 337.

GAVDIVM ROMANORVM. Vexillum, cui inſcriptum: VOT. X. MVLT. XV. erectum inter duos captiuos humi ſedentes. AR. mai. mod. Conſtantis. *Band.* II. p. 353. — *Al.* ſed labaro inter duos captiuos humi ſedentes erecto inſcriptum: VOT. X. MVLT. XX. AR. Conſtantis. *Band.* ib.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 490 — *Al.* ſed labaro inſcriptum: VOT. XX. MVLT. XXX. in ima parte TR. AR. max. mod. Conſtantii Iun. *Band.* II. p. 227. 374.) *Ducang.* Tb. 10. p. 32.

GAVDIVM ROMANORVM. Victoria ſedens ſuper ſpolia tenet clipeum, in quo ſcribit: VOT. XX. Æ max. Conſtantii Iun. *Band.* II. p. 378.) M. *Theup.* p. 822.) *Vaill.* Pr. III. p. 247.

G AVG. *Gallieni Auguſti.* vid. VICT. P. G. AVG.

G. AVG. *Gener Auguſti*, forte. vid. A. G. G. AVG. *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 324.) *Spanh.* Pr. II. p. 378.

Gaulum, vel *Gaulos*, Gr. Γαῦλος, hodie *Gozzo*, proxima Melitae eſt ſupra Siciliam inſula, quae olim eiuſdem nominis, prout et nunc habet ciuitatem. Syracuſanorum erat colonia ac municipium Romanum. Muſ. *Alb.* II. p. 125.) *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. II. p. 493.) *Torremuzza* Sicil. Vet. Tb. 93. tres numos aeneos tres inter obuios exhibet, qui ad vnicum commode redigi poſſunt; eaſdem enim prae ſe ferunt figuras, caput videlicet galea tectum, infra quod luna creſcens, et ab)(Miles ſtans cum haſta et clipeo. Legitur in omnibus eadem inſcriptio ΓΑΥΛΙΤΩΝ, *Gaulitanorum*, retrogrado autem ordine poſita eſt apud *Parutam* epigraphe, ΛΑΤΛΙΤΩΝ, ſed vitioſe. — 1. ſed a parte capitis litterae ΣΥ. ad indicium, *Gaulitas* fuiſſe colonos *Syracuſanorum* Eſt apud *Parutam* Tb. 142 ✱ et *Torremuzzam* Tb. 93. fg. 1. — 2. ſed miles cum parazonio. *Torremuz.* ib. fg. 2. — 3. ſed cum galea criſtata, quem edidere *Pellerin.* Vol. III. Tb. 91. fg. 2.) *Dorville* Sicul. Tb. 20. fg. 7.) M. *Pembrok.* Tb. 7. fg. 10.) *Torremuz.* ib. fg. 3.) Muſ. *Hunter.* p. 144 ita: Caput imberbe galeatum ad d. ante V. infra luna creſcens, pone globulus.)(ΓΑΥΛΙΤΩΝ. Figura galeata ſtans ad d. d. ſpiculum vibrans, ſ. ſcutum, ante ſtella.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I p. 45. n. 2. 3. Caput muliebre ſupra lunula.)(ΓΑΥΛΙΤΩΝ. Figura mili gradiens, d. haſtam intorque clipeum. Æ 3.) *Havercamp* Parut. Sic. p. 857. Palladis c galeatum.)(Pallas armata.) *ſeme* III. p. 338. cui caput Di videtur.) *Pignoli* dell' Ort Nautico Tav. I. n. 5. p. 12 *Opuſc. Scientif.* Tom. XXIX bet: ΓΑΥΛΙΤ. Mars gradiu haſtam vibrat, ſ. clipeum, a des fulmen.)(Luna bic deſuper caput muliebre orna regrino.

Ad eandem inſulam refert *E* Cat. I. p. 46. alium Æ 2. nu in quo caput muliebre velatu Tres litterae Punicae. Tres rae ad morem Aegyptium co tae. Typum vide *Saggi di* T. I. p. 35. Lit. B. ſed ibi n *Melitae* tribuitur. At in pra numo, inquit *Eckhelius*, li tres eaedem omnino ſunt, q numis *Pellerinii* T. III. Vrb. 104. ab hoc quidem auctore pro Melitenſi moneta habitis, *Gaulos* relatae. Conf. *Peller* tres. p. 33. in nota; quod i tea ſuſpicatus eſt *Scipio M* Oſſerv. lett. T. V. p. 288. tur horum iudicium non falli quoque numum huius eſſe perſpicuum eſt. Idem *P* Peupl. et Vill. Tb. 104 *et* Su I. p. 16 et 26. recenſet ali reum tertii moduli numum, repetit *Dutens* Explicat. de Médailles Tb. 2. fg. 2. p. 5 Eſt in eo caput velatum.)(tis caput adpoſitis litteris Ph Aleph et duplicato Nun, v eſt et Nun. duplicatum, de rietate *Dutens* ib. p. 155 typum dedit in fronte differt ſecundae.

ΓΑΥΛΙΤ. vel frequentius ΤΩΝ, *Gaulitanorum*, vid. inſula infra Siciliam.

Gaza, Gr. Γάζα, Syriae P nae vrbs, non longe a mare

:a, ſatis ampla et validis moe-
cincta, cuius meminit *Strabo*
XVI. et *Plinius* L. V, c. 14.
quitus vna ex Philiſtinorum ſa-
iis, deinde a regibus guberna-
a Perſis poſtea occupata, Alex-
o M. reſiſtere auſa, bimeſtri
dione capta eſt; poſt eum Pto-
leis ceſſit, et tandem Seleucidis.
peius Iudaeis ereptam Syriae
fidi contribuit, a quo epocham
erauit Pompeianam, ſed tan-
autumno anni V. C. 693. vt
e *Noriſius* Epoch. Syro Maced.
V. p. 476. percuſſit. *Froelich.*
Elem. p. 45. circa A. V. C.
ante Chr. 62. incipit; et
duin. Chronol. Vet. Teſt. in
r. p. 613. Ao. 691. — Numos
Imperatorum Auguſti, Claudii,
riani, Antonini Pii, Aurelii,
ſtinae Iun., L. Veri, Commo-
Seueri, Domnae, Caracallae,
ttillae, Elagabali effigie ſigna-
, et in plurimis aeram vrbis im-
iit numia, quos recenſet *Vaill.*
n. Graec. p. 266 ſq. In Auguſtaeis
rae et *Aſyli* praerogatiua non
rrit. — Noti ſunt numi Gazae,
ſignum ʮ mon. [183] tanquam
ls vrbis characteriſticum, aut
m, aut areae impreſſum ple-
que oſtentant. Illud ad trique-
formam nonnihil accedit, et
d ſcriptores veteres ſunt iudi-
creditum a Gazenſibus, vrbem
a aut aedificatam ab Argiuis,
certo habitatam. Teſtis ſit
Eatbius ad Dion. Perieg. „*Ga-*
Ionem vocant aliqui, vbi bos
in Ius, ſiue lunae ſimulacro,
nim ex Argiuorum dialecto Iu-
ſignificat. Idem refert *Ste-*
nus in Ἰόνιον: „Ionius ſinus a
a vſus Aegyptum. Ione enim
Gaza vocabatur ab Ione bouem
ens prope in imagine. Idem in
: „Vocabatur Gaza et Ione ab
, quae illuc adpulit et ibi per-
ſit. Inde numis quibuſdam in-
tum ΓΑΖΑ. ΕΙω. Id quod cum
pluribus Gazae memorabilibus
ſtauit *Noriſius* Epoch. Syro-
ed. diſſ. V. c. 3.

A) *Autonomi Gazae* numi: 1. Caput muliebre turritum ad d.)(ΔΗΜΟΥC ΤωΝ ЄΝ ΓΑΖΗΕ... Figura ſtans ad ſ. d. coronam eleuans. Æ 2. Muſ. *Hunter.* Tb. 28. fg. 1. p. 144. — 2. Caput Iouis. ΔΗΜΟΥ ΓΑΖΑΕΩΝ ΙΕΡΑΣ ΑΣ. L. ΙΓ. *Populi Gazenſium* vrbis *Sacrae Inuiolabilis*, *An.* 15. vel ex aerae computo A. V. C. 706. Mulier tutulata et togata ſtans, d. pateram, ſ. c. c. *Vaill.* Gr. p. 266. ex *Baudelot.*) *Harduin.* Oper. Sel. p. 759. — 3..... Figura ſtans, d. ramo innixa, ſ. haſtam.)(ΓΑΖΑ. ΒΕΠ. Arbor, a d. nota [183] Æ 3. *Peller.* Tb. 84. fg. 16.) M. *Hunter.* p. 144. n. 2. — 4. Caput laureatum ac barbatum.)(Nauis cum remigantibus in vndis, deſuper auis volans et mon. idem [183] AR. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 75. fg. 8. — 5. Caput idem Iouis.)(Nauicula remigibus plena, cum duabus litteris Phoeniciis, quas MA. *Marna* interpretatur *Io. Swinton.* AR. Philoſ. Tranſact. Vol. LXI. P. II. p. 346. 350. 351. Tb. 13. fg. 4. — 6. Figura genuflexa.)(Nauis cum remigibus et iiſdem litteris Phoeniciis. AR Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 75. fg. 7. — 7. Sagittarius inequitans equum marinum.)(Noctua, pone ramuſculus et pedum, addita inſcriptione Phoenicia. *Dutens* Explication de qu. Médaill. diſſ. II. Tb. 1. fg. 1. p. 121 ſqq. nomen vrbis *Gazae* legere contendit. Simillimum *Barthelemy* vulgauit dans *Iournal de Savans* 1760. diuerſis autem litteris Phoeniciis, quem inde tribuit Ptolemaidi vel Arcae.

B) *Imperiales*:

a) *Auguſti.* 8. ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Auguſtus.* Caput Auguſti nudum.)(ΓΑΖΑ. ΖΓ. *Gaza*, *Anno* 63. Figura muliebris ſtolata et turrita, d. pateram, ſ. longum lauri ramum, ante pedes monogramma [183] eſt, quod paſſim in eius vrbis numis adparet. Æ 2. *Morell.* in Aug. Tb. 39. fgg. 14. 15. p. 398. — 9. ΚΑΙ.

Caput nudum.)(Duae lineae decuſſatae, ſolitum Gazae ſymbolum, mon. [183]. Mulier capite turrito ſtans, d. palmae ramum, ſ. duas ſpicas, addito L. ΞϚ. *Anno* 66. infra Γ. Æ 2. Editus ab *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. Tb. 4. fg. 15. p. 250.

b) *Claudii.* 10. ΣƐΒΑΣ (*ſic* loco ΣΕΒΑΣΤΟΣ) *Auguſtus.* Caput Claudii nudum.)(Figura muliebris ſtans, d. expanſa corollam tenet, ſ. ſublata, pone arbuſcula ſeu vitis, ſub dextra nomen vrbis ΓΑΖ (ſic) Γάζα, *Gaza* et nota illa perpetua [183] numorum iſtius vrbis, ſub ſin. autem LPI. *Annus* 110. Æ. ab rudi admodum manu ſculptus. *Liebe* Goth. Num. p. 305.) *Guſſeme* III. p. 339. n. 1.

c) *Titi Veſpaſiani.* 11. ΓΑΖΑ. L. ΡΛΒ. *Gaza* . *Anno* 132. aerae Pompeianae, V. C. 825. Aſtarte ſtans, d. caput Oſiridis, ſ. haſtam. Æ 3. *Guſſeme* ib. n. 2.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 731.) *Vaill.* Gr. p. 33. 267.

d) *Hadriani.* 12. ΓΑΖΑ ΜΑΡΝΑ. *Gaza Marna.* Simulacra Dianae et Apollinis in templo diſtylo. *Guſſ.* ib n. 3. — 13. ΓΑΖΑ ΔΠΡ *An.* 184. Æ 2. *Harduin.* Oper. p. 758. — 14. ΓΑΖΑ. Γ. ΕΠΙ ΒϘΡ. *Gaza, Anno Tertio* nouae aerae ſcil. Hadriani ob quaedam beneficia, cum epocha vrbis Pompeiana 192. vel V. C. 885. Hadriani 3. Hercules d. innixus clauae. Æ 3. *Guſſeme* ib. n. 4.) *Vaill.* Gr. p. 33. 267.) *Harduin.* ib. p. 759. cui *Annus Tertius* ludorum Gazae editorum, incurrens in *An.* 192. aerae Pompeianae. — 15. ΓΑΖΑ. ΜΑΡΝΑ. Γ. ΕΠΙ ΓϘΡ. *An.* 193. *Harduin.* p. 62. — 16. Α. Κ. ΤΡ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ, *Imp. Caeſ. Traianus Hadrianus.* Caput illius laureat.)(ΓΑΖΑ. Δ. ΕΠΙ ΓϘΡ. *Gaza Anno* 4. cum *Anno* aerae 193. Hercules nudus ſtans, d. clauam, ſ. ſpolia leonis. Æ 4. Muſ. *Theup.* p. 877. — 17. ΓΑΖΑ. ΕΙω. Δ. ΕΠΙ

ΓϘΡ. *Gaza, Io, Anno* 4. cum
V. C. 887. Duae mulieres de
iungunt, quarum ſiniſterior
cornucopiae gerit. Æ 2. Gu
ib. n. 5.) *Patin.* Impp. p.
Vaill. Adpend. Gr. Tb. 5. p.
— 18. ΓΑΖΑ. ΜΑΡΝΑ. Ε. ΕΠΙ
Anno 5. cum *Anno* 194. V. C.
Diana et Apollo ſtantes in te
diſtylo. Æ 1. *Guſſeme* ib. n
Vaill. Gr. p. 33.

e) *Antonini Pii.* 19. ΓΑΖΑ
Gaza, Anno 202. V. C.
Hercules tutelaris vrbis de
fundatoris pater, ſi *Stephano*
d. clauae innititur, ſ. ſpolia l
Æ 2. in Antonini Trib. P
cuſus. *Vaill.* Gr.) *Guſſ.* ib.
Harduin. Oper. p. 62. 767
vero *An.* V. C. 892. — 20.
ΓС. *An.* 203. Caput muliebr
latum et turritum. Æ 1. Trib
5. *Vaill.* ib.) *Guſſ.* ib. n
Harduin. ib. p. 62. 768. —
ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝ. Caput la
)(ΓΑΖΑ. ΖС. *An.* 207. Ide
put muliebre. Æ 2. percuſ
eius Tr. Pot. 9. *Vaill.* Gr.)
ib. n. 10.) *Harduin.* ib. p
769. — 22. ΓΑΖΑ. ΙС. *An.*
Idem caput, ante quod mon.
Guſſ. ib. n. 10. — 23. ΓΑΖΑ
An. 211. Hercules innixus c
ſ. leonis ſpolia. Æ 3. ſigna
Tr. Pot. 13. *Guſſ.* ib. n. 11.)
duin. ib. p. 62. 772.) *Vaill*
— 24. *Al.* eadem cum epigr.
lier turrita ſtans, d. pateram.
Guſſ. ib.) *Vaill.* ib. — 25
ſed ΔΙС. *An.* 214. Æ 2. *Har*
p. 773. — 26. *Al.* ſed
An. 216. Fortuna ſtans d.
nem, ſ. cornucop. *Guſſ.* n.
Hard. p. 62. 773.) *Vaill.* G
27 . . . . . ΣΕΒΑ . . . Caput lau
ΓΑΖΑ. ΖΙС. *An.* 217. Capu
liebre turritum velatum. Æ 1.
Theup. p. 890. — 28. *Al.* ſe
An. 218. Idem muliebre capu
1. cuſus in Tr. Pot. 20. Gu
13.) *Harduin.* p. 62.
Vaill. Gr.

) *Antonini et M. Aurelii.* 29. . . . ΩΝΕΙΝΟϹ . . . . Capita aduerſa reata Anton. Pii et M. Aurelii. ΓΑΖΑ . . . . Vir nudus ſtans e aram, d. pateram, ſ. haſtam, area ſolitum Gazae ſymbolum 2] Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 251. 2.

f) *M. Aurelii.* 30. ΓΑΖΑ. ΔΚϹ. . 224. V. C. 917. Caput Herls, infra claua. Æ 3. *Guſſ.* ib. 14.) *Vaill.* Gr.) *Harduin.* p. , cui A. V. C. 914. — 31. *Al.* mulier ſtolata ſtans, d. haſtam, cornucopiae, pro pedibus taur. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib. — . ΓΑΖΑ. ΖΚϹ. *An.* 227. V. C. 920. ae mulieres turritae dextras iunnt. Æ 3. *Guſſeme* III. p. 340. 15.) *Harduin.* p. 62. 780.) *Vaill.* . - 33. Capita M. Aurelii et Veri aduerſa.)(ΓΑΖΑ. ΘΚϹ. 229. V. C. 922. Mulier ſtans, haſtam, ſ. cornucop. pro peditaurus. Æ 3. *Guſſ.* ib. n. 16.) *ll.* Gr. — 34. M. Aurelii calaur.)(ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. ΘΚϹ. 229. *Gaza* et *Io* dextras iunt. Æ 3. *Harduin.* Oper. p. 781. 35. ΓΑΖΑ. ΑϹ. *An.* 230. V. C. . Mars galeatus etnudus iſtans, ateram ſupra aram, ſ. haſtam. 2. *Guſſ.* ib. n. 17.) *Harduin.* 2. 781.) *Vaill.* Gr.

) *Fauſtinae Iunioris et Lucillae.* ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. *ſtina* et *Lucilla Augnſta.*)(Α. ΗΚϹ. *An.* 228. *Hard.* Oper. 63. — 37. ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ΛΟΥΛΑ ϹΕΒΑϹΤ. Eadem capita ad. a.)(ΓΑΖΑ. ΗΚϹ. *An.* 228. C. 921. Apollo et Diana Vetix in templo diſtylo. Æ 2. *Guſ*e ib. n. 18.) *Vaill.* Gr. p. 268. 38. ΦΑΥϹΤΙΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΑ. *Fau*a *Lucilla.* Capita duo aduerſa uſtinae matris et Lucillae filiae. ΓΑΖΑ. ΘΚϹ. *An.* 229. Diana iatrix cum monogrammate [183] zenſium. Æ. *Guſſ.* ib. n. 19.) *rd.* p. 781.) *Muſell.* Impp. Tb. . fg. 10. p. 179.) *Noriſ.* II. p. 527.) Th. Reg. *Sueciae* Tb. 58. n. 29.

i) *L. Veri.* 39. ΑΥΤ. ΚΑΙϹΑΡ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕ. Caput laur.)(ΓΑΖΑ. ΔΚϹ. *An.* 224. Æ 2. *Harduin.* Oper. p. 778. — 40. ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput laur.)(ΓΑΖΑ. ϹΚΕ. *An.* 225. Dea ſtans cum haſta et cornucopiae, in area mon. [183]. Æ 3. *Hard.* p. 779. — 41. ΓΑΖΑ. ΗΚϹ. *An.* 228. Æ 1. *Hard.* p. 780. — 42. ΓΑΖΑ. ΘΚϹ. *An.* 229. V. C. 922. Mulier vel genius ſt. cum calatho, d. haſtam, ſ. cornuc. pro pedibus caput bouis. Æ 3. *Vaill.* Gr.

k) *Commodi.* 43. ΑΥΤΟ. Κ. ΛΟΥ. ΑΥΡΗ. ΚΟΜΜ. *Imp. Caeſ. Lucius Aurel. Commodus.* Caput eius laureatum florente aetate.)(ΓΑΖ. ЄΙ . . . ΜϹ. *An.* 240. Duae figurae ſtantes dextras iungunt, addito mon. [183] Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 36. fg. 6. p. 296. 297. — 44. ΓΑΖΑ. ΑϹ. *An.* 201. ſed veriſimilius ſcribendum ΑΜϹ. *An.* 241. Figura galeata et nuda, d. haſtam, ſ. pateram ad aram accenſam, pone mon. [183]. *Guſſeme* III. p. 340. n. 20. — 45. ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. ΗΜϹ. *Gaza, Io, An.* 248. V. C. 941. Duae figurae muliebres dextras iungunt. Æ 2. *Vaill.* Gr. p. 68. 269.) *Guſſ.* ib. n. 21.) *Harduin.* Oper. p. 62. cui *An.* 936.

l) *Sept. Seueri.* 46. ΑΥΤ. Κ. Λ. ϹΕΠ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ. Caput eius laur.)(ΓΑΖΑ ΗΞϹ. *Gaza, Anno* 268. V. C. 960. Seueri imperii 14. Mulier ſt. d. haſtam puram, ſ. c. c. ad pedes ceruus, in area mon. [183] ſolitum. Æ. *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 38. fg. 9. p. 310.

m) *Domnae.* 47. ΙΟΥ. ΔΟΜΝΑ ϹЄΒ. Ἰουλία Δόμνα Σεβαστή, *Iulia Domna Auguſta.* Huius caput.)(ΓΑΖΑ. ЄΙѠ. *Gaza, Io.* Duae figurae muliebres ſtantes, dextras iungunt; earum altera capite turrito, in medio character [183] ſed anno-

annorum notae non comparent. Æ 3. *Froelich.* 4. Tent. p. 249.) *Eckhel.* Cat. I. p. 251.

n) *Caracallae.* 48. ΓΑΖΑ. ΗΝC. *An.* 258. V. C. 951. *Harduino* Oper. p. 799. vero *An.* V. C. 948. — 49. ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. ΗΝC. *Gaza, Io. An.* 258. Apollo et Diana cum attributis in templo diſtylo. Æ 2. *Guſſeme* III. p. 340. n. 22.) *Harduin.* Oper. p. 62.) *Vaill.* Gr. — 50. ΑΥΤ. Κ. ΜΑΡΚ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Huius caput admodum iuuenile.)(ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. ΘΝC. *Gaza, Io. An.* 259. V. C. 952. Duae mulieres dextras iungentes. Æ 2. *Guſſeme* ib. n. 23.) *Harduin.* ib. p. 799.

o) *Plautillae.* 51. ΦΟΥΛΟΥΙΑΝ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑΝ CEB. *Fuluiam Plautillam Auguſtam* colit vrbs.)(ΓΑΖΑ. ΔΞC. *An.* 264. V. C. 957. Apollo et Diana cum attributis ſtant in templo duarum columnarum. Æ 2. *Guſſ.* ib. n. 24.) *Vaill.* Gr. p. 269.) *Harduin.* Oper. p. 62. 63. 802. ſed ei A. V. C. 954. et Diana in templo diſtylo ſtat cum Ioue.) *Patin.* Impp. p. 313. cui ΓΑΖΑ. ΑΖΕ pro ΔΞC.

p) *Elagabali.* 52. ΓΑΖΑ. ΠC. *Anno* 280. V. C. 973. Imp. Elagabalus pectore tenus ab aquila alis expanſis geſtus. Æ 2. *Guſſ.* ib. n. 25.) *Vaill.* l. c.) *Harduin.* Oper. p. 63. 813. ſed cum anno V. C. 971.

ΓΑΖΑΕΩΝ ΙΕΡΑΣ ΑΣ. *Gazenſium* vrbis *Sacrae* et *Inuiolabilis*. vid. *Gazae* autonomi numi.

ΓΑΞΗΕ... vid. *Gaza* ibid.

ΓΑΖΙΟΥΡΩΝ, *Gaziurorum*. v. *Gaziura*, quae

Gaziura, male a *Guſſemio* III. p. 340. *Gaziuba* nuncupata, vrbs Paphlagoniae vel Cappadociae. *Strabon* L. XII. *Gaziura*, vetus regio nunc deſerta. *Plinio* c. 2. „Gens Cappadocum dum Gaziura et Gazelum, Halys. — Nihil praeterea vrbe in Theſ. *Golzii* qui dicata, nullius tamen alius numo. illuſtrata reperit I qui Th. Br. II. Tb. 20. 1 175. edidit Æ 2. numum, caput galeatum.)(ΓΑ *Gaziurorum*. Parazonium; dit ibid. editor *Kbell.* o „Qui inſtrumentum hoc cu tra Dianae, vt a monetari gitur, comparauerit, *telo cam* dicet; lorum adnexu longum in pugione cingulo do tam otioſum, quam nec eſt, vt ex humero ſuſpe M. *Theup.* p. 1270. cum erecta.) M. *Pembrok.* II. pariter cum erecta pharetra tegra denominatione ΓΑΖΙ *Froelich.* Not. Elem. p. 8 *ſeme* III. p. 340, qui male ΒΩΝ, *Gazinbaeorum* ſcrip men vrbis *Gaziuba* indican

ΓΑΖΩΠΑΤΩΡ (*ſic*) arche men Cadorum. ΚΑ. ΓΑΖ ΑΡΧ. Α. n. Gordiani Pii. Ibidem in n. Tranquillinae ΓΑΣΟΠΑΤΩΡ.

Gazophylacium grande, I diocre templi ornamentum *Nehem.* c. 13. vſ. 5. memin ra de eo *Harduin.* in Chro T. vel in Oper. Sel. p. 56

Γ. Β. Γερουσίας Βουλῆς, *Sena ſulto.* Piget ipſum me, inqu *duin.* ad Num. Saec. Conſ Oper. Sel. p. 425. aliquand ſe, litteras Γ. Β. in numis ſium ſignificare: Γράμματι Β *Reſcripto Imperatoris*, tan gloſſae neſcio quae ſuggerere que ſcriptores. Γνώμη Βουλῆς nendas eſſe, viris doctis adſe quoniam Βασιλεὺς nemo Im Romanorum fuit etc. Conf Oper. Sel. p. 807. 808. 82 828. 838. 839. — *Froelich*

ar. Graec. p. 143. Γ. B.
tur : Γερουσίας Βουλῇ, vel Βου-
vel Γνωμῃ Βουλῆς, *Senatus*
Spanh. Pr. I. p. 596. Γ.
t: Γνωμῃ Βουλῆς, ſiue Γράμ-
ς, *Senatus Decreto.* vid.
s, Perinthus, Tarſus.

Gerundae Cauſa. vid. R.
Rei Gerundae Cauſa.

.ES. *Germanica Caeſarea.*
ea Palaeſtinae.

R. *al.* CORN. *al.* COR-
VPERA AVG. *Gnea*
Supera Auguſta. vx. Vale-

ερμανικὸς, Δακικὸς, *Germa-*
acicus, a gentibus deuictis
Traianus.

PARTH. *Germanicus,*
, *Parthicus.*

n. Iuſtini primi. *Band.*
7.) *Guſſeme* III. p. 340.

ograde pro ΓΕ. in Æ. *Ge-*
rotome minotauri. *Cimel.*
I. Tb. 8. fg. 2. p. 33.

λιος, *Gellius* nomen gentis.

μανικὸς, *Germanicus*, in n.
ΝΕΡ. ΤΡΑΙ. CE. ΓΕ. Δ.
Traianus Auguſtus Germa-
Dacicus. — ΑΥ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙΑ-
ΓΕ. ΔΑ. *Imp. Caeſ. Traia-*
nus, Germanicus, Dacicus.

d. ΕΝ ΓΕΑ ΣΕΙΑ, *In Terra*

loco GER*manica.* v. VI-
A GEA. n. Carauſii. *Vaill.*
. 270.) *Band.* II. p. 120.
EA.

ve' ΓΕ. ΔΑ. Γερμανικὸς Δα-
ermanicus, Dacicus. vid.
r.

ΓΕΙCΙΠ. abruptum nomen magiſtratus. v. *Lacedaemon.*

ΓΕΙΣΚΟΣ, *Giſcus* magiſtratus. ΕΠΙ ΓΕΙΣΚΟΥ, *Sub Giſco.* n. Tiberii. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 27. n. 2. p. 227.

ΓΕΛ. Γέλας, *Gela* Siciliae vrbs et fluuius.

Gela inter primores Siciliae vrbes veteres fuit celeberrima, *Stephano* Γέλα, πόλις Σικελίας, τὸ ἐθνικὸν Γελῷος, ἐν. Γελῷος, id vero Γελῷος gentile, quod hic grammaticus improbare videtur, tot claſſici auctores Graeci vſurpant, et inter hos antiquiſſimi, *Herodotus* ac *Thucydides,* illo Γελῷος ſemper vſi ſunt. *Holſtenius* vnica ſyllaba mutata ſic legendum exiſtimat: τὸ ἐθνικὸν Γελαῖος καὶ vel ἡ Γελῷος Fateor valde arridere hanc ſententiam. Forte incolae vrbis Gelae poſterioribus temporibus auerſari coeperunt τὸ Γελῷος aut Γελώϊος, quod *ridiculum* denotat, ſibique potius aptauerunt nomen gentile Γελαῖος, cui nihil ambigui ſenſus ſubeſt. Id ſuſpicantibus non leui adiumento eſt *Cicero*, rerum Siciliae, ſi quiſquam alius, probe gnarus, quippo cum quaeſtor eſſet, in ea verſatus, eiuſdemque prouinciae in accuſatione C. Verris patronus. Hic abſtinet ſe a *Geloorum* nomine, et, quoties eo vtendum fuiſſet, potius *Gelenſes* vocat. Enimuero quicquid ab hoc praeſidii ſperatur eripere videtur *Diodor. Siculus*, rerum patriae ſuae non minus gnarus, apud quem ſemper *Geloos* inuenimus. *Plinius* adpellat ab oppido ciues *Gelanos*, ſi non omnino *Gelacos* ſcripſit, et librariorum vitio N pro E ſurrepſit. Fatendum tamen eſt fuiſſe omnino tempus, quo haec ciuitas non refugiebat nomen gentile *Geloorum* ab euentu ſiue fabuloſo, vt *Bocharto* credimus, ſiue vero, quondam impoſitum; ſed propriis monumentis ſuis inſcripſit ad omnem poſteritatem propagandam. *Fazellus* citat numiſmata cum oppi-

oppidanorum inſcriptione ΓΕΛΩΩΝ. Si recte et accurate vidit, oportet illos eſſe ab aliis tritis diuerſos, in quibus perſpicue legitur ΓΕΛΩΙΩΝ. Quamquam fatendum eſt, eodem rem redire, ſiue prius Ω nudum exſtet, ſiue Iota ei ſubiungatur, ſiue ſubſcribatur. Eſt enim hic grammaticorum diſſenſus, quorum aliis hoc, illud aliis videtur. Antiquius cenſendum ΓΕΛΩΙΩΝ et antiqui moris crebra ſunt exempla, poetis praecipue familiaria. Oportet autem antiquiſſimos eſſe hos numos, et bis mille annorum aetatem forte ſatis longe ſuperare. Docent enim vetuſtiſſima monumenta Gelam ſui iuris eſſe pridem deſiiſſe, cum Gelonem, tyrannum potentiſſimum, iam varios dominos antea experta acciperet; hoc autem Syracuſis iam potito, Hieroni, fratri eius, tradita fuerit. Vero autem ſimile, et exemplis multis conſentaneum eſt, numis, qui a ciuitatibus ſub vnius imperium redactis cuſi fuerunt, nomina principum fuiſſe ſola inſcripta, aut vna cum populi mentione. Sic apud *Golzium* Sicil. vet. Tb. 11. proſtant duo, in quibus praeter ΓΕΛΑΣ nihil legitur; hiſque ΙΕΡΩΝΟΣ, *Hieronis* et ΓΕΛΑΣ, *Gelae* mentionem facientes ſex ſubiunguntur; cum ſolo autem ΙΕΡΩΝΟΣ, *Hieronis* nomine Tb. 13. quatuor viſuntur. Cenſendum autem illos omnes, in quibus tantum ΓΕΛΑΣ, ΓΕΛΩΙΩΝ aut ΓΕΛΩΩΝ mentio fit ante Gelonis Hieroniſque imperium fuiſſe procuſos, quales numos praeter *Golzium*, *Parutam* et *Dorvillium* expoſuerunt princeps *Torremuzza* Tbb. 31. 32. 33. Sicil. Num. p. 29 ſqq. *it.* Aggiunt. Tb. 5. *it.* Noua collectione Siciliae vet. inſcriptionum in Tabula praefixa.) Muſ. *Hunter.* p. 144 ad 146.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. P. I. p. 34.

De *Gelae* vero ſitu, in quo floruit, adhuc ſub iudice lis eſt. Sunt, qui eam ſtatuunt, vbi *Alicata*, ſiue *Leocata* ciuitas exſtat; alii vero ex ea *Terram nouam*, quod ſat plum eſt oppidum, ortam e bitrantur. Loca inter ſe pa ſtant, ſuntque in Occidental liae plaga, quae a Lybico m nitur. *Dorville* Sicul. I. ſq. II. p. 367 ſq. 607.

a) *Aurei Gelenſium* nu maximae raritatis, at mini duli. Caput in eo bene c cum inſcr. ΣΩΣΙΠΟΛΙΣ, qua *Seruatorem* exprimit.)(diatum corpus ſemibouis vi figura veteres flumina deſig vid. *Fluuius*. Inſcriptio eſt quod nomen erat *Gelae* ſ quo ſuum et ciuitas habuit, te *Dorvill.* Sicul. I. p. 128. Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 5. *Torremuzza* Sicil. Num. T fg. 1. — 2. Eandem habet tem itidem numulus, cum dimidiato Gelae fluminis c ſupra quod hordei granum, a dendam agri Geloi vbertat infra nomen ipſum ΓΕΛΑΣ. les equo inſidens, ſ. telum. *remus*. Sic. Tb. 31. fg. 2. ΓΕΛΑΣ. Dimidiatum ſe viri corpus.)(ΙΕΡΩΝΟς, *nis*. Vir in bigis, Victori per volante ſertumque o *Golz.* Sicil. Tb. 11. fg. 9.

b) *Argentei*. 4. eximia in quo hinc caput muliel Equus gradiens, ſub quo ciae litterae Gimel et Ajin *Dutens* dans ſon Explicat quelques Médailles p. 154. e vrbis Gelae, quae iam diu C nienſibus paruit, eorumque la impreſſit numo, cuius dedit *Dutens* in frontiſpicio tationis ſuae. — 5. Tetr mum inter praeſtantiſſimos riores numos adſcribendum. Gela fluuius ſtat taurino c et humana facie; ante cu menti ariſtae, et infra hord num, vbertatis ſoli Gelenſis c. inſcr. ΓΕΛΑΣ.)(Qu equorum elegantiſſimae a

ctae, aquila ſuperuolante infra
imenti ariſta. *Torremuz.* Sic.
». 31. fg. 8.) Apud *Parutam*
illus eiuſmodi exſtat, vbi omnes
ictoriam alatam pro aquila ſiſtunt.)
uercamp. ad *Dorvill.* Sicul. qua-
liugos currus, trigas, bigas, et
gulares equos vel equites, quos
ſſim exhibent Gelenſium numi, ad
eronis, Gelae tyranni, victorias,
Pythicis atque Olympicis agoni-
s adeptas, retulit. — 6. Tetra-
chmum elegantiae ſimilis et rari-
s. Corpus in eo non integrum,
dimidiatum eſt fluminis Gelae.
Poſt quadrigas, quas aquila
eruolat, inſcriptio ΓΕΛΩΙΩΝ eſt
iſſima. *Torremuz.* Tb. 31. fg.
— 7. ΓΕ... ſed retrograde ΞΓ.
urus dimidius facie humana, ſu-
ne granum frumenti.)(Vir in
s quadrigis, ſuper aquila vo-
t, infra ſpica. *Cimel. Vindob.*
Tb. 8. fg. 2. p. 33.) *Eckhel.*
. Muſ. Caeſ. I. p. 34.) *Torre-*
muz. Aggiunt. Tb. 5. n. 23. —
Tetradrachmum inter rariora.
.ΑΣ. Dimidiatum Gelae fluminis
pus.)(Vir trigam agens iuxta
umnam. 267 pd. Muſ. *Hunter.*
28. fg. 2.) *Torremuz.* Sicil.
31. fgg. 10. 11. — In hoc
nonnullis aliis e ſequentibus nu-
forma litterae Γ in arcus ſpe-
m ita C, prout et in numis Agri-
tinorum aliquibus. Conf. *Chiſ-*
l. ad Inſcriptionem Sigeam p.
) *Dutens* dans ancien Alphabet
Grecs diſſ. III. Tb. 3.) *Tor-*
muzzae Sicil. Num. Tbb. 5. n.
Eiuſdem Exercit. de Graeca
lcrum Palaeographia in limine
ris Siciliae vet. Inſcript. Idem-
in prolegomenis p. 36. nouae
ect. Siciliae Inſcript. — 9. ΓΕ·
. Idem dimidiati corporis ty-
.)(Vir trigam agens pariter
a columnam, ſed infra ΙΕΡΩΝΟΣ,
ronis nomen expreſſum, cuius
orias in agonibus perceptas de-
it. *Golz.* Sicil. Tb. 11. fg. 7.)
remuz. Collect. noua Inſcr. Si-
fg. 23. Similes columnae in
lenſium numis. — 19. *Eod.*

adu.)(Trigae ad columnam,
ſupra Victoria, infra hordei ſpica.
269. pd. M. *Hunter.* Tb. 28. fg.
3.) *Torremuz.* Collect. noua In-
ſcr. fg. 24. — 11. ΓΕΛΑΣ. Typus
idem, ſupra Victoria.)(Typus
idem, ſine Victoria et ſine ſpica.
264½ pd. M. *Hunter.* Tb. 38. fg.
4.) *Torremuz.* ib. fg. 25. — 12.
ΣΑΛΞϽ retrogrado litterarum ordine
dextra ſiniſtram verſus Phoenicum
more, loco ΓΕΛΑΣ. Typus fere
idem, ſine Victoria.)(Vir tri-
gam agens, ſuperne Victoria coro-
nat trigarum equos. 262¼ pd. Muſ.
Hunt. Tb. 28. fg. 5.) *Torremuz.*
Sicil. Tb. 31. fg. 12. — 13. *Alius*
paullo diuerſus. 269¼ pd. M. *Hun-*
ter. p. 144. n. 5. — 14. ΣΑΛΞΓ
Tauri pars anterior facie hamana,
deſuper frumenti granum.)(ΙΕ-
ΡΩΝΟΣ.)(Vir in trigis Victoria
deſuper coronam offerente, infra
concha. *Golz.* Sic. Tb. 11. fg. 8.
— 15. *Alius,* ſed hinc deeſt gra-
num, inde deeſt concha. *Golz.* ib.
fg. 10. — 16. ΓΕΛΑΣ. Idem flu-
uii Gelonis typus.)(Poſt triiu-
gum currum caduceus. Rr. *Tor-*
remuz. Sic. Tb. 31. fg. 13. prodiit
e *Parutae* Sic. vet. — 17. Cor-
pus dimidiatum Gelae fluminis a
muliere coronatum, cum epigr. vt
in aureo, at retrograde, ΣΟΣΙΠΟΛΙΣ,
Seruator Ciuitatis.)(Equorum
bigae, Victoria ſuperuolante cum
corona, áddito populi nomine ΓΕ-
ΛΟΙΟΝ (*ſic*) litteris retrogradis. Rrr.
Burmann. Tb. 10. fg. 4. p. 368.
ad calcem Siculor. Num. *Dorvillii.*)
Torremuz. Sic. Tb. 32. fg. 1. —
18..... ΛΑΣ. Taurus dimidius
facie humana.)(Figura mulie-
bris in bigis, Victoria ſuperne equos
coronante, in imo ornamenta. Te-
tradrachmum. *Eckhel.* Cat. I. p.
34 n. 1. 2. — 19. ΓΕΛΑΣ. Idem
fluminis typus ſolitus.)(Vir
bigas agens, ſupra Victoria, infra
ornamentum quoddam. 263 pd.
Muſ. *Hunt.* Tb. 28. fg. 6. — 20.
ΓΕΛΑΣ. Typus idem ad ſ.)(Ty-
pus et ornamentum, vt in ſuperio-
ri.

ri. 262¼ pd. M. *Hunt.* ib. fg. 7. — 21. 22. ΓΕΛΑΣ ſuper dimidiatum pariter Gelae corpus.)(Bigae, ſuper quas Victoria volitans. Obuii apud *Parutam.*) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 7. fg. 12.) *Harduin.* Oper. p. 63.) *Torremuzz.* Sic. Tb. 32. fgg. 4. 5. — 23. *Al.* ſed ſuper bigas corona. *Torremuz.* ib. fg. 3. — 24. ΣΑΛΞΓ Idem fluminis Gelae typus.)(Victoria ſuper bigas. 252¾ pd. Muſ. *Hunt.* Tb. 28. fg. 8.) *Guſſeme* Diction. III. p. 341. — 25. ΣΑΛΞΟ. Typus idem ad d.)(Typus idem ad d. ſupra Victoria, infra granum hordei. 265¼ pd. M. *Hunt.* p. 145. n. 9. — 26. non vulgaris cum grue ante dimidiatum Gelae fluuii corpus.)(Victoria agit bigas, ſuperne corona, in imo exergo ΓΕΛΟΙΟΝ (*ſic*) rectis litteris. *Torremuz.* Sic. Tb. 32. fg. 2. — 27. Taurus ſimilis dimidius facie humana, barba in cuſpidem abeunte c. inſcr. ΓΕΛΑ.)(Vir nudus equo decurrens et iaculum mittens. p. 130½. *Eckbel.* Cat. I. p. 34. n. 3.) Muſ. *Hunt.* p. 145. n. 13. — 28. *Al.* ſed ΓΕΛΑ.)(Eques mitra ornatus, d. elata. Numophyl. *Glockian.* p. 21. — 29. *Al.* ſed ΑΛΞΟ.)(Eques decurrens, d. ſpiculum vibrans. 130¼ pd. M. *Hunt.* ib. n. 14. — 30. 31. 32. *Al.* ſed ΓΕΛΑΣ. Vir nudus tectus pileo conico, equo decurrens, et iaculum mittens. 131½ pd. paullo diuerſus. M. *Hunt.* Tb. 28. fg. 9 et p. 145. n. 10. 11.) *Eckhel.* Cat. I. p. 34. n. 5.) *Torremuz.* Sic. Tb. 32. fgg. 6. 7. 8. — 33. 34. ΓΕΛΑΣ. Taurus dimidius barba ſolita.)(Vir nudus capite galeato, ſ. clipeum, equo decurrens, infimi moduli. *Eckbel.* ib. n. 6.) *Torremuz.* ib. Tb. 32. fgg. 9. 10. — 35. ΓΕΛΑΣ. Idem tauri dimidii typus.)(Equus nudus ſpiculum vibrans, infra ΙΕΡΩΝΟΣ, *Hieronis.* *Golz.* Sicil. Tb. 11. fg. 3. — 36. ΓΕΛΑΣ. Idem typus fluuii.)(Eques nudus, d. ſupra caput elata gladium ΙΕΡΩΝος. *Golz.* ib. fg. 4. 38. ΣΑΛΞΟ. Typus idem.) ſingularis ſtans, ſupra que na laurea. 14½ pd. M. *H* 28. fg. 12.) *Torremuz.* fgg. 11. 12. — 39. *Al.* ΑΑ. 9½ pd. M. *Hunt.* p. 18. — 40. *Alius* paullo (12½ pd. M. *Hunt.* ib. n. 41. *Al.* in quo Gelae flum midium corpus differt a pra tibus et equus decurrens mordet. *Torremuz* Tb. 3: — 42. Caput imberbe vit mitum ad d.)(ΑΞΤ. Ta anterior vultu humano. 1 M. *Hunter.* Tb. 28. fg. 43. Caput Herculis imberbe leonis tectum ad d.)(ΓΕ Caput barbatum et laureatu 9¼ pd. M. *Hunt.* Tb. 28. — 44. 45. Haud vulgares inferioris moduli. Quam anepigraphi, eos ad Gelam non dubitat *Torremuzza* ad fgg. 14. 15. tam e figura : Gelae dimidiata, quam e et in quatuor partes diui praepoſterae partis ipſius nu ius ſimilis videtur in alio Ge numulo aeneo c. inſcr. ΓΕΛ 46. ΓΕΛΩ. inſcriptus apud *muz.* Tb. 32. fg. 16. quem *Paruta* inter numos Geloni cuſarum regis. Ad Gelan ſpectare arbitratus eſt *Torr* princeps ob ſpicam, quae c tur in alio aeneo numo, cu ptum eſt ΓΕΛΩΙΩΝ.

c) *Aenei.* 47. Caput i horrido capillitio et cum c fronte ad d. pone granum)(ΓΕΛΑΣ. Bos gradiens ad tres globuli. Æ 2. Muſ. Tb. 28. fg. 14. Paſcua fertil paſcente, in numo eius i *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. — 48 Caput idem, tin hordei.)(ΓΕΛΑΣ. Typu Æ 2. M. *Hunter.* p. 146.

- 49. Caput idem.)(ΓΕΛΑΣ. Ty-
is idem, ſupra granum hordei,
ſtra tres globuli. Æ. 2. M. *Hunt.*
. n. 23. — 50. Caput imberbe
am cornu in fronte ad d.)(ΓΕ-
ΑΣ. Typus idem. Æ 2. M. *Hun-
er.* Tb. 28. fg. 15. — 51. Caput
nberbe cornutum ad d.)(Bos
ans ad d. ſupra lauri ramus. Æ
. M. *Hunt.* ib. fg. 16. — 52.
Caput iuuenile ſparſis crinibus, re-
ro granum hordei.)(ΓΕΛΑΣ.
Taurus gradiens, infra tres globuli.
Æ 3. *Eckbel.* Cat. I. p. 34. n. 7.
— 53. ΓΕΛΑΣ. Caput imberbe fa-
ſcia redimitum.)(Taurus ſtans,
deſuper K. infra tres globuli. Æ 3.
Golz. Sicil. Tb. 11. fg. 6. — 54.
ΕΛΑΣ. Caput imberbe laureatum,
orſan Apollinis.)(Taurus di-
midius humana facie, deſuper del-
phinus, poné K. Rr. Æ 3. *Golz.*
). fg. 5.) *Torremuz.* Sic. 33. fgg.
7. 18.) *Paruta* Sic. Num. —
5. Caput muliebre ſpicis corona-
tum, in area duo piſciculi.)(*Sine
nigr.* Taurus cum facie humana
ans. Æ 2. *Eckbel.* Cat. I. p. 34.
. 8. — 56. ΓΕΛΩΙΩΝ. *Gelenſium.*
Caput barbatum et ſpicis ornatum
ad ſ.)(Caput Herculis imber-
be leonis exuuiis tectum ad d. Æ
. Muſ. *Hunter.* Tb. 28. fg. 13.)
Numophyl. *Schulz.* I. Tb. 2. fg.
. p. 43. *Eiuſd.* MünzCab. p. 11.
. in deſcriptione Numor. quorun-
dam rarior. Tom. XIV. Comm.
Acad. Petropol. — 57. ΓΕΛΩΙΩΝ.
Caput Iouis barbatum diademate
cinctum ad ſ.)(Caput Herculis
barbatum leonis ſpoliis tectum ad
. *Schulz.* ib. Tb. 2. fg. 5. p. 43.
4. cui Rrr.) *Torremuz.* Sicil. Tb.
3. fg. 1. cui vero obuius videtur.
— 58. item vulgaris cum capite
bouis.)(Caput muliebre cum
eadem ΓΕΛΩΙΩΝ inſcriptione. *Tor-
remuz.* ib. fg. 2. — 59. Caput
barbatum et ſpicis ornatum ad ſ.
)(ΓΕΛΩΙΩΝ. Caput muliebre ad-
verſum. Æ 3. *Peller.* Tb. 109. fg.
22.) M. *Hunt.* p. 146. n. 28. —
60. 61. Caput Cereris ſpicatum.)(
ΓΕΛΩΙΩΝ. Vir galeatus ſtans ad
d. arietem mactaturus. Æ 2. Muſ.
Hunter. Tb. 28. fg. 18.) *Torre-
muz.* Sic. Tb. 33. fgg. 3. 4.) *Pa-
ruta* Sicil. Tb. 144. ſimiles numos
edidit, at ab exeſa inſcriptione de-
ceptus, eos ad Gelonem Syracuſa-
rum et Gelae principem retulit;
pariter editor Muſei *Pembrok.* II.
Tb. 78. fg. 6. ſimillimum anepigra-
phum Geloni tribuit; ſed corrigen-
di ſunt, monente *Neumanno* Pop.
Num. I. p. 43. — 62. *Alius* cum
capite bouis recuſus Æ 2. M. *Hun-
ter.* p. 145. n. 30. 63. *Alius*
idem recuſus cum triquetrae figu-
ra, conuenit cum praecedentibus
paucis exceptis; vir enim inſidet
arieti ſalienti *Torremuz.* Sic. Tb.
33. fg. 5. — 64. Vir mactat arie-
tem, prout in praecedentibus.)(
Equus ſolutus, ſupra quem ſtella.
Æ 1. Rr. *Neumann.* Pop. Num. I.
p. 43.) *Torremuz.* ib. fg. 6. *it.*
Agg. II. T. 3. n. 24.) *Hauercamp.*
in *Parut.* Sicil. Numiſm. Tb. 144.
ad Gelonem refert. — 65. 66. cum
capite Herculis et Gelae fluminis
ſymbolo. Æ 3. *Paruta* ib.) *Tor-
remuz.* ib. fgg. 7. 8. — 67 ad 73.
nimis obuii ſunt, in quibus Gelae
fluminis caput iuuenili facie et cor-
nuta fronte.)(Bos, qui in bi-
his faciem oſtendit hominis, idem
fluminis Gelae cum inſcr ΓΕΛΑΣ
ſymbolum. *Torremuz.* ib. fgg. 9
ad 16. — 74. 75. Caput Cereris
ſpicis coronatum cum monogram-
mate.)(ΓΕΛΩΙΩΝ. Frumenti ari-
ſta. Æ 3. Rr. *Neumann.* Pop. Num.
I. Tb. 2. fg. 5. p. 41 ſq.) *Tor-
remuz.* ib. fgg. 19. 20.) *Paruta*
Sic. Num. III. Tb. 145. fg. 7. ſed
Geloni regi tribuit. — 76. Bos
ſtans cum ſolita inſcriptione ΓΕΛΑΣ.
)(Area nummi quadripartita cum
quatuor hordei granis. Rr. *Torre-
muz.* ib. fg. 21. — 77. *Alius*, ſed
bos gradiens ad ſ. infra tres glo-
buli cum voce ΓΕΛΑΣ.)(Quatuor
hordei grana inter radios rotae. Æ
2. Muſ. *Hunter.* Tb. 28. fg. 17. —
— 78. Fluminis figura ad formam
ſemibouis viri gradientis.)(Aper
horrentibus ſetis. Prodiit e *Paru-*

 ta

tae Opere apud *Torremuzz.* ib. fg. 22. hic anepigraphus non vulgaris, an ad Gelam, aut ad aliud Siciliae flumen ſpectet, res eſt in ambiguo.

Gela, Siciliae fluuius, hodie ab incolis *Fiume di Terranoua* dictus in Gelenſium numis capite cornuta fronte vel ſemibouis figura iam toto, iam medio corpore addita plerumque ΓΕΛΑΣ denominatione. vid. *Torremuzz.* Sic. Num. Tbb. 31. 32. 33. *it.* Eiuſd. Tabula Numor. fgg. 23. 24. 25. praefixa nouae collect. Siciliae veter. Inſcriptionum. — Pariter adiecta ΓΕΛΑΣ voce ad ſemiuirum bouem. n. Hieronis, Syracuſarum et Gelae tyranni. ibid. fg. 33. *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. p. 370. 371.

ΓΕΛΑ vel CΕΛΑ ſiue retrograde ΑΛΞϽ vid. *Gela* Siciliae vrbs.

ΓΕΛΑΣ vel ΞΑΛΞΓ ſiue ΞΑΛΞϽ ſcriptum fluminis Gelae denominatio. vid. *Gela*.

GELL. vel GELLI. *Gellius.* v. Gellia gens, quae

Gellia gens, vtrum patricia an plebeia fuerit, non conſtat, equeſtris tamen et conſularis fuit, cuius nomen an ἀπὸ τοῦ γελᾶν, id eſt *ridere,* dictum ſit? Si nomen a Graeca voce, an illi cognomen Graecorum more, qui binam haberet ſignificationem inditum POPLICOLA, *qui populum colit?* Latina enim cognomina non compoſita ſunt, et inter eos, qui eiuſmodi habuerunt, pauci occurrunt, niſi alter, qui *Agricola* dictus eſt.

Gelliae gentis numi: 1. Caput Romae galeatum, retro X denarii nota, in corona laurea.)(CN. GEL. *Cneus Gellius*, ſubtus ROMA. Quadrigae decurrentes, quibus inſiſtunt duae figurae, altera a dextris muliebris eſt, quam d. amplectitur vir galea et clipeo armatus. AR. *Guſſeme* III. p. 341.) *Mo-*

rell. Theſ. Fam. p. 191. fg
Theup, p. 46.) *Vaill.* F
Vrſini et *Patini* picturis ſi
muliebris galeam ſupra ca
laeua tenet, quae cum in
tio quoque ſculpta fuiſſet
dein fuit in coronam laur
naualem voluiſſet *Vaillan*
2. Q. L. VII. Q. F. Q.
TVLVS AED. CVR. E
Quintus Lutatius, Quin
Quinti Nepos, Catulus Ae
rulis, Ex Senatus Conſult
Libertatis velatum.)(
LI. L. F. COS. *Lucius*
Lucii Filius, Conſul. Se
lis inter duos lauri ramo
eam corona. AV. *Golz.* Faſ
ad an. V. C. ...r. *Guſſeme*
Morell. ...m. Conſular.
fg. 2. p. 566.) *Vaill.* F
3. EX S. C. Caput Iouis
)(L. GELLI. L. F. PO
LA AED: CVR. Aquila
fulmini, in area praefericul
Golz. Faſt. p. 194. ad A
717.) *Guſſeme* ib. n. 1.)
Conſular. Tb. 18. fg. 3.)
Fam. qui typum refert a
magnos. — 4. ANTON
DESIG. ITER. ET TER. I
R. P. C. *Antonius Imperat*
ſul Deſignatus Iterum Et
Triumuir Rei Publicae Co
dae. Capita aduerſa M. A
reginae Cleopatrae.)(I
LIo L. F. POPLICOLA M.
VIO Q.... PRAETORI*b.*
Tonii. Nauis praetoria r
velis inſtructa. Æ. *Golz.* i
nio p. 44.) *Guſſeme* III.
n. 5.) *Mdb.* p. 18.) *More*
ſular. Tb. 18. fg. 4. p 566.
Fam. I. p. 108. cui PRAE
norum ANT*onii.* — 5. M
IMP. AVG. III. VIR. R. P
GEL. Q. P. *Marcus Anto*
perator, Augur, Triumuir
blicae Conſtituendae, Lucius
Quaeſtor Prouincialis. Ca
dum M. Antonii, pone q
praefericulum, auguratus
reſpiciens.)(CAESAR
PONT. COS. III. VIR. R

Caeſar Imperator, Pontifex, Conſul, Triumuir ReiPublicae Conſtituendae. Caput nudum Caeſaris Auguſti, pone quod lituus eſt pontificatum eius denotans. Æ. R. *Guſſeme* ib. n. 4.) *Hard.* Oper. p. 694.) *Morell.* Th. Fam. p. 192. fg. 2.) *Vaill.* Fam. *it.* Pr. II. p. 10.) *Vrſin.* Fam. Rom. p. 119. — 6. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΝΕΑ ΗΡΑ, *Meſſalina Auguſta Noua Iuno.* Caput Meſſalinae Claudii coniugis, ſpicis duabus ad pectus erumpentibus.)(ΓΕΛΛΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ΝΕΙΚΑΕΩΝ, *Gellius Rufus Proconſule Nicaeenſium.* Aedificium pulcerrimum, veluti porticus vel theatrum, quod duas columnationes ſibi inuicem habet impoſitas, ſingulas quaternarum columnarum ſerie conſtantes; in infima baſi ſuperſunt litterae... ET. P... quas non animaduertit *Vaillantius* in pictura et recenſione huius numi, quem dedit inter numos Graecos p. 14. vbi titulo ſtupendae raritatis exornat. Æ. *Guſſ.* III. p. 342. V. p. 231. n. 6.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 718.) *Liebe* Goth. Num. p. 40.) *Morell.* Th. Fam. p. 192 fg. 3.) *Spanhem.* Pr. II. p. 281.) *Vaill.* Gr. l. c.

ΓΕΛΛΙΟΣ, *Gellius.* vid. *Gellia* gens. — *Nicaea* Bithyniae.

GELLIVS. v. *Gellia* gens.

Gelo, Dinomenis e plebeio genere filius, Gelae iam pridem tyrannus, primus Syracuſarum obtinuit etc. ante Chriſtum 490. vel ſerius, dominatum, quem ad mortem vſque tenuit. Cur *Syracuſius* dictus, licet Gelous fuerit, docet *Burmann.* ad *Dorville* Siculam II. p. 456. — Gelonis nedum apud Syracuſanos, ſed apud omnes Siculos gratiſſima fuit memoria; Siciliam namque profligatis ad Himeram Carthaginienſibus liberauit, et Syracuſanam rempublicam aequis ſemper legibus rexit. — Eius numi confuſi. Genuini qui ſunt, cuſi adhuc eo viuente, non poſterioribus demum temporibus. Caput illius vel laureatum aut galea tectum et cum ſolo ΓΕΛΩΝΟΣ vel ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ nomine apud *Parutam* Sicil. Tbb. 107. 108.) *Dorvill.* Sicul. II. p. 456 ſq.) *Golz.* Sicil. Tb. 13.) *Spanhem.* Pr. I. p. 547.) *Torremuz.* Sicil. vet. Num. Tb. 97. p. 95. Aliquando cum adſcripto quidem ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Regis*, titulo, vti ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΒΑ ΓΕΛΩΝΟΣ, ſed citra vllum diadema. In quodam Syracuſano numo apud *Beger.* Th. Br. I. p. 289. Γ littera *Gelonis* regis nomen indicare videtur.

a) *Aureus Gelonis* regis Syracuſarum numus: 1. Caput Gelonis lauro coronatum.)(ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ. Currus a duobus equis tractus, atque infra trinacriae ſignum. *Golz.* Sicil. Tb. 13. fg. 2.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 5. fg. 1. p. 131.) *Guſſeme* III. p. 342. n. 6.) *Torremuz.* Sicil. vet. Num. Tb. 97. p. 95.

b) *Argentei.* 2. 3. 4. pulcerrimi. Eſt quoque in eis Gelonis caput, ſed faſcia ſiue diademate cinctum. Biiugus currus a Victoria rectus; ob victoriam curulem in olympicis reportatam, cum nomine ipſius principis ΒΑ. ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ. *al.* ΒΑ. ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. *al.* tantum ΓΕΛΩΝΟΣ. *Golz.* Sicil. Tb. 13 fg. 1.) *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. Tbb. 15. 16.) *Paruta* Sic.) *Torremuz.* Sic. Tb. 97. fgg. 2. 3. 4.) *Dutens* Explication Tb. 4. fg. [illegible] 108.) Muſeum *Pembrok.* II. Tb. 78. fg. 4. — 5. ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ inſcriptus, conuenit cum praecedentibus, modulo autem iis inferior *Torremuz.* ib. fg. 5. — 6. ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, prioribus etiam eſt ſimilis, excepto tamen diademate, quod infra collum deſcendit. *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. ib.) *Torremuz.* ib. fg. 6.) Numophyl. *Glockian.* p. 16. — 7. in

in Sicilia Numiſmatica *Parutae* ab *Hauercampo* editus et inter Sicil. Num. *Torremuzzae* ib. fg. 7. praecedentibus mole ſunt inferior vt et 8. vbi poſt Gelonis caput apud *Parutam*, *Torremuzzam* et *Guſſeme* III. p. 342. n. 10. binae ſunt frumenti ariſtae. Currus, qui in hiſce 1 ad 7. numis conſpicitur, a Victoria, in 8 vero regitur a viro. Omnes Gelonis numi cum bigis inter praeſtantiores et non vulgares ſunt accenſendi. — 9. 10. obuii ſunt. In eis Gelonis caput. Aquila fulmini inſiſtens; in 9. epigraphe eſt: ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ et A in area, apud *Parutam* aeque ac *Torremuzzam*; in 10. legitur ΒΑ. ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ et Ε in area. *Paruta* ibid.) *Torremuz.* ib. fg. 10.) *Froelich.* Notit. Elem. Tb. 5. fg. 2. p. 131.) *Guſſeme* III. p. 342. n. 7.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 78. fg. 5. — 11. Idem Gelonis caput.)(ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ. A. Aquila fulmini inſiſtens. *Guſſeme* ib. n 9. — 12. *Al.* ſed ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ ΑΦ. ΒΑ. Victoria in bigis, infra Ε. *Guſſ.* ib. n. 8. — 13. 14. infimi ſunt moduli, ſed eximiae raritatis; in 13. caput eſt Gelonis diadematum.)(Leo gradiens cum nomine ΓΕΛΩΝΟΣ. *Froelich.* Not. Elem. p. 131.) *Spanhem.* Pr. I. p. 547.) *Torremuz.* Sicil. Tb. 97. fg. 11. — 14. Gelonis ſolitum caput.)(ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΓΕΛΩΝΟΣ cum litteris ſiue notis numeralibus XII. quarum explicatio eſt dubia. *Torremuz.* ib. fg. 12. qui inter argenteos ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, *Syracuſarum* numos Sicil. Num. Tb. 71. protulit tres cum Palladis capite, in quorum poſtica ſimiles ſignatae ſunt litterae ſiue notae XIII. additis in binis eorum tribus globulis. Littera X vt plurimum in Graecorum veteribus monumentis ſexcentum indicat, et aliquando etiam mille, I vero decem; de quo conf. *Corſinus* de notis Graecorum p. 30 et 72.

c) *Aerei* Gelonis numi. 15. ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Caput Gelonis diadematum, retro clipeus.)(Leo gradiens, ſupra claua. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. p. 44.) *Guſſeme* III. p. 342. n. 11. — 16. *Alius*, ſed retro clipeus. Æ 2. *Eckhel.* ib. n. 2. — 17. Caput Gelonis.)(ΓΕΛΩΝΟΣ. Equus, in area Η. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 78. fg. 6. ſed corrigendi ſunt editor Muſ. *Pembrok.* *Paruta*que et Gelae vrbi reddendus eſt numus iſte Æ 1. prout docet *Neumann.* Pop. Num. p. 43.

